


BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
43 C
19

CONCILIATIONES
SACRAE SCRIPTVRAE,
VM
PER MAG. NICOLAVM
DE TARSIA, ORDINIS EREmitarum Sancti Augustini, ex diuersis eiusdem operibus in vnum recollectæ, & in hoc opusculo ordine librorum sacræ Bibliæ ordinatim positæ.

NOBILIS.



PROFERENS.

CONSENTIAE,
Apud Aloysium Castellanum. M. DC. A. I.

Nolite multiplicare loqui sublimia. **Regum 2.**

Multiplicare loqui sublimia verba cauete.
Istud Consilium Biblia sacra canit.

NOS Frater Alexander Senen. Ordinis Eremitarũ sancti Augustini Prior Generalis indignus. Venerab. & nobis in Christo dilecto, Magistro Nicolao Tarsiensi eiusdem Ordinis, ac voti salutem. Harum vi, & nostri officij auctoritate, tibi licentiam impertimur, vt hoc præsens Opusculum, in quo sacræ Scripturæ Conciliationes, per te in vnum recollectæ continentur, ad communem Ecclesiæ vtilitatem, & Christiani Populi edificationem; in publicum dare, & præmissis præmittendis, prælo mandare valeas: non obstantibus in contrarium quibuscunque. In quorum fidem &c.

Dat. Genuæ die 21. Nouemb. 1598.

Nostri officij paruo affixo sigillo.

Frater Alexander Sen. Gen. indignus.

Locus Sigilli.

Registrata folio primo.

ILLVSTRISS. ET REVER.
DOMINO SEMPER
COLENDISSIMO,
DOM. ANTONIO DE
FACCHINETTIS S. ROM. ECC.
CARDINALI AMPLISSIMO,

FRATER NICOLAVS EX MONTEALTO de Tarsia Ordin. Eremit. sancti Augustini cum humilitate salutem.


DIV est Illustrissime, & Reuerendissime Domine (Si mihi uitam in melius commutasse non euenisset, prout non euenisse iam accidit) ex quo cum auunculum tuum (licet non sic in maximo in maiori tamen gradu existentem) Tarsiam citerioris Calabriae magnaeque Greciae oppidum pluries pertranseuntem, ac per noctes in meo cubiculo commorantem, uirtutum omnium, & uirtutibus operam nauantium Amantem maximum ipse cognouissem, maxima cum humilitate, & reuerentia ante pedes suos personaliter conferre; & coram eo (si permisissent superi) assistere decreueram, Sapientis illius Reginae Austri uirtuosissima uestigia in hac parte solummodo sectando; quae (ut sanctissimi Seruatoris nostri sanctissima uerba demonstrant) a finibus Terrae uenerat audire sapientiam Salomonis, ut equidem illius particeps fierem Beatitudinis cuius coram sapientissimo Rege illo assistentes uiros, & seruos sapiens, & opulentior

& opulentior Regina illa iudicauerat. Hoc autem mihi sæpius, & attentissime consideranti illud occurrit coram tanto Præsulæ assistentiam, incognitum, & nullius ferè momenti uirum minimum absque ullo munere impetrasse difficillimum fore, ac forsan impossibile. Illi autem (vt uoti mei compos fierem) munus sic offerendum putaueram, quod & tanti Præsulis cui offerendum esset meritò aptari posset, & offerentis subiecti tenues, & debiles uires demõstrasset: Mnnus (inquam) non de terrenis electum maximè enim decet, ut qui in terris tanquam Christi Apostolus à gentibus colitur; qui ut diuinus asserit Plato muneribus non ducitur, Deum studeat præcæteris imitari. Spirituale erat igitur quod ante suos pedes humiliter munus offerre uolueram, libellum uidelicet sacræ Scripturæ locorumconciliationem, ut in plurimum pertractantem. Vernm enim uero uirium mearum debilitas id quod citius facere decreueram; quàm citius facere recusauerat; Attamen (ni fallor) Voluntas Dei fuit; ut quod tunc illi Reuerendissimo Præsuli Cardinali Illustrissimo postea oblatum non fuerat, ei demum totius orbis Terrarum Pontifici Maximo offerendum esset. Cui enim magis locorum sibi inuicem contradicentium conciliationes conuenient, quam Gregi Christiano d edicandæ principali Domino, & Pastori uigilantissimo lites omnes perpetuam pacem in Ecclesia oppugnantes uigilanter expellenti? Maximi Pontificis etenim est omibus suis thesaurum quandoque communicare uolentis id præcipuum onus imponere, ut pro Ecclesiæ status tranquillitate felicis, & pro pace inter Christianos Principes conseruanda ad Dominum sint preces effundentes. Sed ò spes hominum fallaces, ò inanes nostras cogitationes, ò caducam mortalium uitam, ut sæpe gaudia in luctus, ac sæpe cantus in lamenta uertantur. Decessit ille ad quem lætus ipse accedere statueram, ac licet Innocentius Pontifex uerè Maximus, qui per omnem ferè ætatem suam innocen-

ter

ter uixerat ubi rectò uiatorum itineri finem imposuerat ad innocentium omnium merita capessenda, ad eorum quoq; pulcherrimam Patriam non tanquam mortuus, sed ut sempiterno uixurus euolauerit, mihi tamen obiit. (si sic dicere fas erit) periit spes mea, ac in tantum periit, ut quem sub umbra alarum illius libellum in lucem prodere decreuerã, diu in tenebris latescere ægretuleram: sed omnipotentis Dei uoluntati quisnam audeat resistere? silebat opus in tenebris conuolutum minus autem tacebat Dominus quinimmo tacentis serui ad cor loquens, & ei minas inferens sic dixerat. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? Timens igitur ne astantibus Angelis illud quoque in dies de me diceret, quod & seruo nequam, qui in sudario mnam suam ponere destinauerat dictum uoluit; de ore tuo te iudico serue nequam; Et paulo post auferte ab illo mnam, & date illi, qui decem mnas habet, talentum qualecunque sit iterum manifestare, ac talenti lucrum Domino rursum offerendum statui, sed uetus nec prouidi probatique uiri sano consilio indignum extat inter omnes laudabile concilium, & institutum illud, ut qui maximo utpote diuino auxilio freti opus aliquod sunt attentantes maximum etiam inter uiros unum præcæteris deligant potentissima cuius opera a calumniantium omnium imbribus, & inuidorum tempestatibus opus defendant; Cum igitur D.O.M. spirante, sine quo nec aliquid cogitare sufficientes sumus: Ex ipso n. (ut ait Apostolus) omnis nostra sufficientia est deperditum fere opus in lucem denuò sit manifestandum, ne ob eam quæ in debillimis auctoris uiribus debilitatem inest, quod magnũ in se est detnrpetur, ac in totum depereat opus, ut de mortui Innocentii Papæ (fœlicissimæ recordationis) cui methodus ista dedicanda erat in æternum uiuens anima e cœlo opus non paruifaciendum, aut negligendum curabit. Sic per te beatissimi Innocentii Pont. minus degenerem Nepotem adhuc in orbis medio uiuum, quam etiam post corporis

poris obitum ob præclarissima; & Illustrissima Illustrissimæ tuæ Dominationis merita in æternum uixurum non dubitabo a detractoribus,& calumniantibus opusculum tuendum censui. In amplissimis.n. fortunarum bonis positus, non ut opulentiores permulti, qui ubi cœperint adolescenturire se totos dant beluinis uoluptatibus, sed inter opes principales indulgenter enutritus literarum studia amplexaris, ac tanta prudentia cõsilio præcellis,ut inter Ecclesiæ sanctæ columnas sic refulges ut inter minores stellas luna splendescit. Accipe igitur dicatum opusculum: Exiguum munus est humillimo subiecto conueniat muneris parcitas. De supremis est quod in ista pertractatur methodo,hoc est,quod dominationi tuæ Illustrissimæ cõuenienter aptabitur suscipiat igitur quæso, & opus uestro corrigendum iudicio Illustrissima tua Dominatio legat libenter,incolumen te,& mei memorem Christus Dominus fœliciter custodiat.Dominè uerè, ac Amplissime Præsul,



PRAEFATIO AD LECTORES.

INGENTI forsan admiratione (Lectores pientissimi) admirabitur quispiã, qui fieri potest vt iure sit, ac debite minus egregium, nec tantæ authoritatis opus Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali dedicandum, cui munuficentissima quidem munera, & amplissima homines vndequaque ditissimi humilia, & vilia iudicantes imponere desistunt; & extimescunt. Nec rem puto difficilem meorum in dies laborum mearum vigiliarum operi detrahere quã plurimos, & á nonnullis opus quoque negligendum, quod scripseram potius, quam laudandum. Hæc est enim excellentioris creaturæ partis maximæ inuida conditio, vt ei non solum, quod vnus probat, displiceat, sed vt optima quæque (ingeniosissimi, & vigilantissimi scriptoris Pliny dicta commemorans) contemnat potiusquam addiscat suprema igitur scandere sum attentatus: fateor equidem supra me ipsum rem quærere: Ego tamen communi vtilitati (pro virili portione, potius consulendo, quàm famæ Pithagoricum illud hac in parte minus aspiciens, in quo dicitur, quæ supra nos nihil ad nos, Patris Augustini (vt in plurimum innixus laboribus opus libenter aggrediar. Munus autem quod offero, si tanti non extiterit, & estimabitur vt me in totum perterreat non vereor. Nec quod sacris ex literis colligitur. Qui

negligit famam suam crudelis est. Me etenim recreat, & reficit sapientissimi Saluatoris nostri colloquium, & consilium illius paupercula in GaZophilatio munusculum, potiusq; copiosissima diuitum munera collaudans. Ac illud forsitan in primis, quod non spe amplissimorum præmiorũ adductus (vt solent quam plurimi) sed pratiosissimas dapes in fidelium omnium conuiuio Nobiles offerunt ministrãtes, eius inter illos minimus anteponerim opus conscripserim; quod sacræ scripturæ Conciliationes habet in titulo; vt segniorum saltem diuersorum voluminum cartas ex quibus Conciliationes sumuntur legere nolentium; huius operis partes conciliationes multas in vnum positas continentes mentem reficiant. Neminem itaque ex vobis (quæso Lectores) in admirationem pertrahat opus, suscipite perlegite libenter Anomis Ka Paranomis obtrectatoribus, & æmulis cadite. Vobis etenim illud considerandum, & in otio legendum, potiusq; male iudicandum præposueram. Valete in Domino semper :-



IO. IACOBVS SEVERINVS V. I. D.

MAGISTRO NICOLAO MONTIS ALTI DE TARSIA,

Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

CVR sorde ingenti tandem defuncta coruscas
Nigra posthabita Tarsia veste tua?
Et ridens gestis comptos ornata capillos,
Totaq; munda: suo sic noua sponsa viro?

RESPONSIO.

HEV stabam multis natis effeta quotannis;
Nec tamen, & multos posse, nec esse reor.
Sed quos delectat plusquam ipsa pecunia virtus,
Paucis sic ætas peius in ista ruit.
Filius at talis mihi nunc vt terra beatam
Me merito matrem dicere quisque queat.
Hic est Montaltus cœlesti raptus amore,
Ad sanctum Diuum colloquiumq; latus.
Errantis mundi qui verum in monte docebat;

Monte aluit turbam ; monte vocauit Elim.
Nunc docet in Monte hoc alto, nunc Monte precatur
In Monte hoc saturans , & bona cuncta facit
Sic miseros virtute sua post tempora fratres
Nunc face ab antiqua surgere posse reor.
Et mea cum multis iam gloria se eriget illis,
Quæ quondam seclis inuidiosa fuit.
O sua lanifica ducant bona pensa sorores
Semper , nam semper viuere dignus erit.

THOMAE BASILII

VIRI VNDEQVAQVE DOCTISSIMI AD EVNDEM

EPIGRAMMA.

Q*VAE potiora manent terras , quæ numina nostras?*
Quod decus immensum , claro quid sanguine Reges?
Quid magis hac mirum Terris nunc arte Mineruæ ?
Lumine quo primum candescit Græcia claro
Magna suum stupefacta virum, dum scanderet altos
Vertice sublato Thalamos, Nicolaus apertum
Dans aditum cœlo nostram modulatur Auenam.
Obstupuit tacitus tantum si pectore Vatem

Personat

Personat Aethereum Numen, dum spiritus alto
Corde suis populis cœli se tollit in auras.
Dum secat bis pluuias medios dum vertice nubes
Erigit, ac Regis potius vexilla potentis
Gracia principio tanti si luce refulxit
Ipsa viri; nam voce canens dat limen Olympi
Hoc genus æthereum fecit, quod arte Magistrum
Sedibus optatis surget, dum Virgine signum
Mercurius tollet: manibus date lilia gentes
Aequora mitescunt claro si numine vatis
Gramina dant rorem: fundit si robore quercus
Molla suo, dant grata simul si lilia campi.
Nunc etiam Gratides auro conuertet arenam
Non secus ac rapidus lymphis, nunc fundet Hidaspes
Quin etiam viridi lauro contexere ripas
Visus erit, tu uoce tua sustolle Caprassis
Gracia si tanto surgens, si magna refulsit
Nomine. Tu primum Gentem da tollere crinem
Ipse tuam, capitisq; simul da tempora circum
Nectare tu victis, Diuum quo sede quiescat.

EIVSDEM DISTICHON.

HAEC tua perpetuum Terras vox nomine nostras
Expleat æthereo iam Nicolae suo.

AD EVNDEM.

NVNC iterum Terris surget doctrina Platonis
Aurea te Vates culmina montis erunt:
Græcia nunc iterum miretur læta Solonem,
Te pater æternum Tarsia grata colet.

ODE EIVSDEM
THOMAE AD EVNDEM.

TV satis nostræ moderare gentis
Sæculum Vates nimium secundo
Terris ac claro retinens paterno.

SYDERE NOSTRIS.

DA genus magnum, populos latinos
Semper hoc pacis renouare fœdus
Quo sibi fœlix videant apertum.

NVMINE COELVM.

CARMEN hinc nostrum canimus propinquus
Votis vt tantis referent sorores
Te simul Pindum redeant benignis Carmina Musis.

AD EVNDEM

EPIGRAMMA PROSPERI MANCVSII.

TARSIA grata polo, ante alias felicior vrbes
Non quas cocinthum liris tenet atque Druentum
At Tanais, Ganges, Nilus, quas Ister, & Indus
Quas Tagus vnde fluit multi ditissimus auri
Littora sed primo fulgent quæ lumine Phœbi,
Et quæcunque nitent postremo sole calentq;,
Quin geminus cœli splendenti sidere vertex
Terminat æternum laudes in nomen ituras
Tarsia clara tui calamo sapientis alumni
Montalti: Domini montem, te ducet in altum.
Quo duce tu facili poteris superare cacumen
Directaq; via; & tum regna superna tenere.
Hic Domini montem pandit cunctisq; resignat
Mystica diuinæ quæ sunt absconditamenti:
Ergo lector opus Montalti perlege sacrum
Quo poteris lecto domini conscendere montem
Vna vbi semper erit tecum Regnator Olympi.

FRA-

FRATRIS PAVLI

MESSANENSIS EIVSDEM

ORDINIS EREMITARVM
Epigramma ad eundem,

PERSONET aurata digno modulamine laudes
Montaltii eximij pulcher Apollo lyra.
Pieridum concors concentibus aera cœtus
Mulceat, & tantum tollat ad astra uirū.
Montaltum resonet nemorosis vallibus Echo
Regum fama sonans tecta per ampla volet.
Tarsia læta suo tandem lætetur alumno
In tenebris latuit quæ taciturna diu
Illustris primum nullis obscura tacebat
Pignoribus; nulla laude celebris erat.
Dogmata Montalto diuino nectare pasto
Cœlica cælesti voce ferente solo
Aemula Romanis extollat læta triumphos
Excelsos, tanto nobilitata viro.
Hæc super imponat mundo ostendenda sonora
Metra, breui claudant grandia sensa gyro.
Lux habitus; mea lux Patria; lux lucida saccis
Cartis Montaltus lucida luxque suis.

EIVSDEM DISTICHON.

Capraſſis, Vtrius, dedit illustrauit, eidem,
Corporis esse, animum; Gloria cuius erit?

TABVLA

TABVLA LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE QVOS IN HOC OPVSCVLO EXPOSITOS, ET CONCILIATOS

prudens lector inueniet.

EX LIB. GEN. XI.

Gen. 1.	IN principio creauit Deus cœlum, & terram.
Ad tit. 3.	Ante tempora sæcularia.
Gen. 1.	Ecce omnia, quæ fecit Deus erant ualde bona.
Matt. 19.	Nemo bonus nisi unus Deus.
Gen. 1.	Faciamus hominem ad imaginem &c.
Ioan. 8.	Vos ex Patre Diabolo estis.
Gen. 2.	Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis &c. Compleuitque Deus die septimo opus suum.
Ecc. 18.	Qui uiuit in æternum creauit omnia simul.
Gen. 2.	Septimo die requieuit Dominus ab omni opere.
Ioan. 5.	Pater meus operatus est usque modo.
Gen. 2.	Et adhærebit homo uxori suæ &c.
Luc. 15.	Qui reliquerit domum, aut uxorem, &c.
Gen. 3.	Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est.
Deut. 6.	Audi Israel Dominus Deus tuus Deus unus est.
Gen. 3.	Cum operatus fueris terram &c.
Matt. 6.	Nolite solliciti esse in crastinum.
Gen. 4.	Et ait Dominus ad Cain. Vbi est frater tuus.
Ioan. 1.	Deum nemo uidit unquam.
Gen. 6.	Pœnitet me fecisse hominem.

Hier. 15. Si pœnituerit uos de peccatis uestris penitebit.
Gen. 15. Et quarta generatione reuertentur huc.
Exo. 13. Iuxta 70. interpr. & non in quarta, sed in quinta legitur exisse progenie.

Ex Lib. Exod. 6.

Exo. 3. APPARVIT Dominus Moysi in flamma ignis.
Att. 7. Apparuit Moysi in deserto Montis Sinai. Angelus in igne flamma rubi.
Exo. 20. Ego sum Deus fortis Zelotes uisitans iniquitatem Patrum in filios &c. eorũ, qui oderunt me.
Ezec. 15. Non portabit filius iniquitatem Patris &c.
Exo. 26. Honora patrem tuum, & matrem tuam.
Matt. 8. Permitte me præire, & sepelire patrem meum ibidem dimitte mortuos sepelire suos &c.
Exo. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente.
Matt. 5. Ego autem dico uobis non resistite malo, sed si quis te percusserit in maxillam &c.
Exo. 23. Si audieris uocem meam, & facies quæcunque præcipio tibi odero odientes te, & contristabo contristantes te præcedet te Angelus meus & adducet te ad amorreum, & pherezeum, & cananeum, & occidetis illos. Et infra, & delete memoriam eorum.
Matt. 5. Ego autẽ dico uobis diligite inimicos uestros.
Exo. 25. Constituite tabernaculum in quo commorari uobiscum possim.
Matt. 5. Cœlum thronum Dei est.

Ex Leuitico 2.

Leui. 1. PONETQVE super caput hostiæ manus, & acceptabilis erit, atq; in expiatione eius proficiens.

Ose.6. Misericordiam uolo,& non sacrificium.

Leu.26. Si ambulaueritis in lege,& præcepta mea custodieritis dabo pluuiam tempore suo, producet terra fructus suos &c.

Luc.12. Stulte hac nocte repetent a Te Dæmones animam tuam, & quæ congregasti cuius erunt?

Ex Numero 2.

Num.14. NON intrabitis terram pro qua iuraui patribus uestris, sed in solitudine iacebunt cadauera uestra.

Hier. 18. Si pro iniquitatibus suis egerint pœnitentiam,& ego pœnitentiam agam super malo, quod cogitaui, ut facerem eis,& non faciam.

Num.15. De homine colligente ligna sabbathi sic scriptũ est Morte morietur homo iste.


Luc.14. Ipse uero apprehensum sanauit eum, & iam sabathum erat.

& opulentior Regina illa iudicauerat. Hoc autem mihi sæpius, & attentissime consideranti illud oceurrit coram tanto Præsulæ assistentiam, incognitum, & nullius ferè momenti uirum minimum absque ullo munere impetrasse difficillimum fore, ac forsan impossibile. Illi autem (vt uoti mei compos fierem) munus sic offerendum putaueram, quod & tanti Præsulis cui offerendum esset meritò aptari posset, & offerentis subiecti tenues, & debiles uires demõstrasset: Mnnus (inquam) non de terrenis electum maximè enim decet, ut qui in terris tanquam Christi Apostolus à gentibus colitur; qui ut diuinus asserit Plato muneribus non ducitur, Deum studeat præcæteris imitari. Spirituale erat igitur quod ante suos pedes humiliter munus offerre uolueram, libellum uidelicet sacræ Scripturæ locorumconciliationem, ut in plurimum pertractantem. Vernm enim uero uirium mearum debilitas id quod citius facere decreueram; quàm citius facere recusauerat; Attamen (ni fallor) Voluntas Dei fuit; ut quod tunc illi Reuerendissimo Præsuli Cardinali Illustrissimo postea oblatum non fuerat, ei demum totius orbis Terrarum Pontifici Maximo offerendum esset. Cui enim magis locorum sibi inuicem contradicentium conciliationes conuenient, quam Gregi Christiano dedicandæ principali Domino, & Pastori uigilantissimo lites omnes perpetuam pacem in Ecclesia oppugnantes uigilanter expellenti? Maximi Pontificis etenim est ouibus suis thesaurum quandoque communicare uolentis id præcipuum onus imponere, ut pro Ecclesiæ status tranquillitate felicis, & pro pace inter Christianos Principes conseruanda ad Dominum sint preces effundentes. Sed ò spes hominum fallaces, ò inanes nostras cogitationes, ò caducam mortalium uitam, ut sæpe gaudia in luctus, ac sæpe cantus in lamenta uertantur. Decessit ille ad quem lætus ipse accedere statueram, ac licet Innocentius Pontifex uerè Maximus, qui per omnem ferè ætatem suam innocen-

ter

ter uixerat ubi recto uiatorum itineri finem imposuerat ad innocentium omnium merita capessenda, ad eorum quoq; pulcherrimam Patriam non tanquam mortuus, sed ut sempiterno uixurus euolauerit, mihi tamen obiit. (si sic dicere fas erit) periit spes mea, ac in tantum periit, ut quem sub umbra alarum illius libellum in lucem prodere decreuerã, diu in tenebris latescere ægre tuleram: sed omnipotentis Dei uoluntati quisnam audeat resistere? silebat opus in tenebris conuolutum minus autem tacebat Dominus quinimmo tacentis serui ad cor loquens, & ei minas inferens sic dixerat. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam? Timens igitur ne astantibus Angelis illud quoque in dies de me diceret, quod & seruo nequam, qui in sudario mnam suam ponere destinauerat dictum uoluit; de ore tuo te iudico serue nequam; Et paulo post auferte ab illo mnam, & date illi, qui decem mnas habet, talentum qualecunque sit iterum manifestare, ac talenti lucrum Domino rursum offerendum statui, sed uetus nec prouidi probatique uiri sano consilio indignum extat inter omnes laudabile concilium, & iustitutum illud, ut qui maximo utpote diuino auxilio freti opus aliquod sunt attentantes maximum etiam inter uiros unum præcæteris deligant potentissima cuius opera a calumniantium omnium imbribus, & inuidorum tempestatibus opus defendant; Cum igitur D.O.M. spirante, sine quo nec aliquid cogitare sufficientes sumus: Ex ipso n. (ut ait Apostolus) omnis nostra sufficientia est deperditum fere opus in lucem denuò sit manifestandum, ne ob eam quæ in debillimis auctoris uiribus debilitatem inest, quod magnũ in se est detnrpetur, ac in totum depereat opus, ut de mortui Innocentii Papæ (fœlicissimæ recordationis) cui methodus ista dedicanda erat in æternum uiuens anima e cœlo opus non paruifaciendum, aut negligendum curabit. Sic per te beatissimi Innocentii Pont. minus degenerem Nepotem adhuc in orbis medio uiuum, quam etiam post corporis


poris obitum ob præclarissima; & Illustrissima Illustrissimæ tuæ Dominationis merita in æternum uixurum non dubitabo a detractoribus, & calumniantibus opusculum tuendum censui. In amplissimis. n. fortunarum bonis positus, non ut opulentiores per multi, qui ubi cœperint adolescenturire se totos dant beluinis uoluptatibus, sed inter opes principales indulgenter enutritus literarum studia amplexaris, ac tanta prudentia cõsilio præcellis, ut inter Ecclesiæ sanctæ columnas sic refulges ut inter minores stellas luna splendescit. Accipe igitur dicatum opusculum: Exiguum munus est humillimo subiecto conueniat muneris parcitas. De supremis est quod in ista pertractatur methodo, hoc est, quod dominationi tuæ Illustrissimæ cõnenienter aptabitur suscipiat igitur quæso, & opus uestro corrigendum iudicio Illustrissima tua Dominatio legat libenter, incolumen te, & mei memorem Christus Dominus fœliciter custodiat. Dominè uerè, ac Amplissime Præsul,



PRAEFATIO AD LECTORES.

INGENTI forsan admiratione (Lectores pientissimi) admirabitur quispiã, qui fieri potest vt iure sit, ac debite minus egregium, nec tanta authoritatis opus Illustrissimo, & Reuerendissimo Cardinali dedicandum, cui munuficentissima quidem munera, & amplissima homines vndequaque ditissimi humilia, & vilia iudicantes imponere desistunt, & extimescunt. Nec rem puto difficilem meorum in dies laborum mearum vigiliarum operi detrahere quã plurimos, & á nonnullis opus quoque negligendum, quod scripseram potius, quam laudandum. Hac est enim excellentioris creatura partis maxima inuida conditio, vt ei non solum, quod vnus probat, displiceat, sed vt optima quaque (ingeniosissimi, & vigilantissimi scriptoris Pliny dicta commemorans) contemnat potiusquam addiscat suprema igitur scandere sum attentatus: fateor equidem supra me ipsum rem quarere: Ego tamen communi vtilitati (pro virili portione, potius consulendo, quàm fama Pithagoricum illud hac in parte minus aspiciens, in quo dicitur, qua supra nos nihil ad nos, Patris Augustini (vt in plurimum innixus laboribus opus libenter aggrediar. Munus autem quod offero, si tanti non extiterit, & estimabitur vt me in totum perterreat non vereor. Nec quod sacris ex literis colligitur. Qui

negligit famam suam crudelis est. Me etenim recreat, & reficit sapientissimi Saluatoris nostri colloquium, & consilium illius paupercula in GaZophilatio munusculum, potiusq; copiosissima diuitum munera collaudans. Ac illud forsitan in primis, quod non spe amplissimorum præmiorũ adductus (vt solent quam plurimi) sed pratiosissimas dapes in fidelium omnium conuiuio Nobiles offerunt ministrãtes, eius inter illos minimus anteponerim opus conscripserim; quod sacræ scripturæ Conciliationes habet in titulo; vt segniorum saltem diuersorum voluminum cartas ex quibus Conciliationes sumuntur legere nolentium; huius operis partes conciliationes multas in vnum positas continentes mentem reficiant. Neminem itaque ex vobis (quæso Lectores) in admirationem pertrahat opus, suscipite perlegite libenter Anomis Ka Paranomis obtrectatoribus, & æmulis cedi te. Vobis etenim illud considerandum, & in otio legendum, potiusq; male iudicandum præposueram. Valete in Domino semper:-



IO. IACOBVS SEVERINVS V. I. D.

MAGISTRO NICOLAO MONTIS ALTI DE TARSIA,

Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

CVR sorde ingenti tandem defuncta coruscas
Nigra postbabita Tarsia veste tua?
Et ridens gestis comptos ornata capillos,
Totaq; munda: suo sic noua sponsa viro?

RESPONSIO.

HEV stabam multis natis effeta quotannis;
Nec tamen, & multos posse, nec esse reor.
Sed quos delectat plusquam ipsa pecunia virtus,
Paucis sic ætas peius in ista ruit.
Filius at talis mihi nunc vt terra beatam
Me merito matrem dicere quisque queat.
Hic est Montaltus cœlesti raptus amore,
Ad sanctum Diuum colloquiumq; latus.
Errantis mundi qui verum in monte docebat;

Monte aluit turbam; monte vocauit Elim.
Nunc docet in Monte hoc alto, nunc Monte precatur
In Monte hoc saturans, & bona cuncta facit.
Sic miseros virtute sua post tempora fratres
Nunc face ab antiqua surgere posse reor.
Et mea cum multis iam gloria se eriget illis,
Quæ quondam seclis inuidiosa fuit.
O sua lanificæ ducant bona pensa sorores
Semper, nam semper viuere dignus erit.

THOMAE BASILII

VIRI VNDEQVAQVE DOCTISSIMI AD EVNDEM

EPIGRAMMA.

QVAE potiora manent terras, quæ numina nostras?
Quod decus immensum, claro quid sanguine Regis?
Quid magis hac mirum Terris nunc arte Mineruæ?
Lumine quo primum candescit Græcia claro
Magna suum stupefacta virum, dum scanderet altos
Vertice sublato Thalamos, Nicolaus apertum
Dans aditum cœlo nostram modulatur Auenam.
Obstupuit tacitus tantum si pectore Vasem

Personat

Personat Aethereum Numen, dum spiritus alto
Corde suis populis cœli se tollit in auras.
Dum secat bis pluuias medios dum vertice nubes
Erigit, ac Regis potius vexilla potentis
Gracia principio tanti si luce refulxit
Ipsa viri; nam voce canens dat limen Olympi
Hoc genus athereum fecit, quod arte Magistrum
Sedibus optatis surget, dum Virgine signum
Mercurius tollet: manibus date lilia gentes
Aequora mitescunt claro si numine vatis
Gramina dant rorem: fundit si robore quercus
Molla suo, dant grata simul si lilia campi.
Nunc etiam Gratides auro conuertet arenam
Non secus ac rapidus lymphis, nunc fundet Hidaspes
Quin etiam viridi lauro contexere ripas
Visus erit, tu uoce tua sustolle Caprassis
Gracia si tanto surgens, si magna refulsit
Nomine. Tu primum Gentem da tollere crinem
Ipse tuam, capitisq; simul da tempora circum
Nectare tu victis, Diuum quo sede quiescat.

EIVSDEM DISTICHON.

HAEC tua perpetuum Terras vox nomine nostras
Expleat athereo iam Nicolae suo.

AD EVNDEM.

NVNC iterum Terris surget doctrina Platonis
Aurea te Vates culmina montis erunt:
Græcia nunc iterum miretur læta Solonem,
Te pater æternum Tarsia grata colet.

ODE EIVSDEM
THOMAE AD EVNDEM.

TV satis nostræ moderare gentis
Sæculum Vates nimium secundo
Terris ac claro retinens paterno.

SYDERE NOSTRIS.

DA genus magnum, populos latinos
Semper hoc pacis renouare fœdus
Quo sibi fœlix videant apertum.

NVMINE COELVM.

CARMEN hinc nostrum canimus propinquus
Votis vt tantis referent sorores
Te simul Pindum redeant benignis Carmina Musis.

AD AEVUM DEUM

EPIGRAMMA PROSPERI MANCUSII.

TARSIA grata polo, ante alias felicior vrbes
Non quas cocinthum liris tenet atque Druentum
At Tanais, Ganges, Nilus, quas Ister, & Indus
Quas Tagus vnde fluit multi ditissimus auri
Littora sed primo fulgent quæ lumine Phœbi,
Et quæcunque nitent postremo sole calentiq;,
Quin geminus cœli splendenti sidere vertex
Terminat æternum laudes in nomen ituras
Tarsia clara tui calamo sapientis alumni
Montalti: Domini montem, te ducet in altum.
Quo duce tu facili poteris superare cacumen
Directaq; via; & tum regna superna tenere.
Hic Domini montem pandit cunctisq; resignat
Mystica diuinæ quæ sunt absconditamenti:
Ergo lector opus Montalti perlege sacrum
Quo poteris lecto domini conscendere montem
Vna vbi semper erit tecum Regnator Olympi.

FRA-

FRATRIS PAVLI MESSANENSIS EIVSDEM ORDINIS EREMITARVM

Epigramma ad eundem,

PERSONET aurata digno modulamine laudes
Montalti eximij pulcher Apollo lyra.
Pieridum concors concentibus aera cœtus
Mulceat, & tantum tollat ad astra uirũ.
Montaltum resonet nemorosis vallibus Echo
Regum fama sonans tecta per ampla volet.
Tarsia læta suo tandem lætetur alumno
In tenebris latuit quæ taciturna diu
Illustris primum nullis obscura tacebat
Pignoribus; nulla laude celebris erat.
Dogmata Montalto diuino nectare pasto
Cœlica cælesti voce ferente solo
Aemula Romanis extollat læta triumphos
Excelsos, tanto nobilitata viro.
Hæc super imponat mundo ostendenda sonora
Metra, breui claudant grandia sensa gyro.
Lux habitus; mea lux Patriæ; lux lucida saccis
Cartis Montaltus lucida luxque suis.

EIVSDEM DISTICHON.

Castrassis, Virtus, dedit illustrauit, eidem,
Corporis esse, animum? Gloria cuius erit?

TABVLA

TABVLA

LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE QVOS IN HOC OPVSCVLO EXPOSITOS, ET CONCILIATOS

prudens lector inueniet.

EX LIB. GEN. XI.

Gen. 1. IN principio creauit Deus cœlum, & terram.
Ad tit. 3. Ante tempora sæcularia.
Gen. 1. Ecce omnia, quæ fecit Deus erant ualde bona.
Matt. 19. Nemo bonus nisi unus Deus.
Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem &c.
Ioan. 8. Vos ex Patre Diabolo estis.
Gen. 2. Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis &c.
Compleuitque Deus die septimo opus suum.
Ecc. 18. Qui uiuit in æternum creauit omnia simul.
Gen. 2. Septimo die requieuit Dominus ab omni opere.
Ioan. 5. Pater meus operatus est usque modo.
Gen. 2. Et adhærebit homo uxori suæ &c.
Luc. 18. Qui reliquerit domum, aut uxorem, &c.
Gen. 3. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est.
Deut. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus Deus unus est.
Gen. 3. Cum operatus fueris terram &c.
Matt. 6. Nolite solliciti esse in crastinum.
Gen. 4. Et ait Dominus ad Cain. Vbi est frater tuus.
Ioan. 1. Deum nemo uidit unquam.
Gen. 6. Pœnitet me fecisse hominem.

Hier. 15. Si pœnituerit uos de peccatis ueſtris penitebit.
Gen. 15. Et quarta generatione reuertentur huc.
Exo. 13. Iuxta 70. interpr. & non in quarta, ſed in quinta legitur exiſſe progenie.

Ex Lib. Exod. 6.

Exo. 3. APPARVIT Dominus Moysi in flamma ignis.
Att. 7. Apparuit Moysi in deserto Montis Sinai. Angelus in igne flamma rubi.
Exo. 20. Ego ſum Deus fortis Zelotes uisitans iniquitatem Patrum in filios &c. corũ, qui oderunt me.
Ezec. 15. Non portabit filius iniquitatem Patris &c.
Exo. 26. Honora patrem tuum, & matrem tuam.
Matt. 8. Permitte me præire, & ſepelire patrem meum ibidem dimitte mortuos ſepelire ſuos &c.
Exo. 21. Oculum pro oculo, dentem pro dente.
Matt. 5. Ego autem dico uobis non reſiſtite malo, ſed ſi quis te percuſſerit in maxillam &c.
Exo. 23. Si audieris uocem meam, & facies quæcunque præcipio tibi odero odientes te, & contriſtabo contriſtantes te præcedet te Angelus meus & adducet te ad amorreum, & pherezeum, & cananeum, & occidetis illos. Et infra, & delete memoriam eorum.
Matt. 5. Ego autẽ dico uobis diligite inimicos ueſtros.
Exo. 25. Conſtituite tabernaculum in quo commorari uobiſcum poſſim.
Matt. 5. Cœlum thronum Dei eſt.

Leui. 1. PONETQVE super caput hostiæ manus, & acceptabilis erit, atq; in expiratione eius proficiens.

Osc.6. Misericordiam uolo,& non sacrificium.

Leu.26. Si ambulaueritis in lege,& præcepta mea custodieritis dabo pluuiam tempore suo, producet terra fructus suos &c.

Luc.12. Stulte hac nocte repetent a Te Dæmones animam tuam, & quæ congregasti cuius erunt?

Ex Numero 2.

Num.14. NON intrabitis terram pro qua iuraui patribus uestris, sed in solitudine iacebunt cadauera uestra.

Hier. 18. Si pro iniquitatibus suis egerint pœnitentiam,& ego pœnitentiam agam super malo, quod cogitaui, ut facerem eis,& non faciam.

Num.15. De homine colligente ligna sabbathi sic scriptũ est Morte morietur homo iste.

Luc.14. Ipse uero apprehensum sanauit eum, & iam sabbathum erat.

Ex Deutoronomion 8.

Deut. 6. ET in nomine eius iurabis.
Matt. 5. Ne iuretis omnino.
Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli seruies.
Psal. 98. Et adorate scabellum pedum eius.
Deut. 12. Si autem comedere uolueris,& te esus carnis delectauerit occide,& comede.
Rom. 14. Bonum est non manducare carnem.
Deut. 13. Tentat uos Dominus Deus uester.
Iacob. 1. Deus neminem tentat.
Deut. 21. Maledictus omnis qui in ligno pe pend erit
Luc. 9. Si quis uult post me uenire tollat crucem suam, & sequatur me.
Deut. 23. Ammonites, & Moabites post decimamtertiam generationem non intrabunt Ecclesiam (& infra non facies cum eis pacem &c.
Matt. 5. Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros
Deut. 28. Si autem audieris uocem Dei tui &c. faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ uersantur in terra uenientque super te uniuersæ benedictiones &c.
Matt. 16. Si quis uult uenire post me abneget semetipsum
Deut. 29. Vos uidistis uniuersa quæ fecit Dominus coram uobis &c.
Et non dabit uobis dominus cor intelligendi, & oculos uidentes.

Ex Libro Regum 1.

1. Reg. x. ET insiliet in te Spiritus Domini,& prophetabis cum eis, & mutaberis in uirũ alium.

Et ex

1.Reg.16. Et ex agitabat Saul Spiritus nequam a Domino.

Ex Libro Psalmorum 23.

Psal.5. ODISTI domine omnes, qui operantur iniquitatem.
Sap.2. Diligit omnia quæ sunt, & nihil odit eorum quæ fecit.
Psal.8. Minuisti eum paulominus ab Angelis.
Ioan. 1. Omnia per uerbum facta sunt.
Ps. 18. Timor domini castus permanet &c.
Ioan. 4. Perfecta charitas foras mittit timorem.
Ps. 33. Accedite ad eum, & illuminamini.
1. Ro.6. Deus inhabitat lucem inaccessibilem.
Ps.24. Deus, qui similis tibi, ne sileas neque mitescas Deus.
Matt.11. Discite a me quia mitis sum.
Ps.44. Speciosus forma præ filiis hominum.
Isai. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus &c.
Ps. 50. Spiritum sanctum tuum ne auferas a me.
Ioan. 7. Spiritus nondum erat datus, quia Christus &c.
Ps. 50. Auerte faciem tuam a peccatis meis.
Ps. 26. Ne auertas faciem tuam a me.
Ps. 57. Recte iudicate filii hominum.
Matt. 7. Nolite iudicare.
Ps. 57. Lætabitur iustus cum uiderit uindictam.
Rom.12. Non uos ipsos uendicantes.
Ps. 61. Semel locutus est Deus.
Rom.1. Multifariam multisque modis &c.
Ps. 68. Appone iniquitatem super iniquitatem.
Rom.9. Nunquid iniquitas est apud Deum?
Ps.77. Coram patribus eorum fecit mirabilia.
Matt. 6. Pater noster, qui es in coelis.

Multum

Sap. 5. Sol non ortus est nobis.
Matt. 5. Qui solem suum oriri facit &c.

Ex Ecclesiast. 2.

Eccl. 5. NE tardes conuerti ad dominū & non differas de die in diē subito enim tibi ueniet ira Dei.
Ezec. 18. Et cum auerterit se impius ab impietate sua ipse animam suam uiuificabit.
Eccl. 15. Si uolueris obseruabis mandata mea.
Ezec. 36. Faciam ut in præceptis meis ambuletis.

Ex Esaia 5.

Esaia 6. VIDI dominum sedentem super solium.
Act. 7. Stephanus uidit Iesum stantē
Esaia 6. Vidi dominum.
Thom. 1. Regi sæculorum immortali.
Esaia 26. In terra sanctorum iniqua gessit, & non uidebit gloriam Domini.
Zac. 12. Videbunt in quem pepigerunt.
Esaia 45. Ego Dominus faciens pacem, & creans mala.
Luc. 6. Non potest arbor bona, malos fructus facere.
Esaia 53. Iniquitatem non fecit neque dolus &c.
2. Cor. 5. Eum qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit.

Matt. 1.	IACOB genuit Ioseph uirum Mariæ.
Luc. 30.	Vt putabatur filius Ioseph, qui fuit Heli.
Matt. 3.	Ego a te debeo baptizari.
Ioan. 13.	Qui prior me erat, & ego nesciebam eum.
Matt. 5.	Diligite inimicos uestros.
1. Cor. 22.	Reddet illis dominus secundum opera illius.
Matt. 5.	Orate pro persequentibus.
1. Io. 5.	Est autem peccatum ad mortem non pro illo dico ut oret quis.
Matt. 5.	Vos estis lux mundi.
Ioan. 8.	Ego sum lux mundi.
Matt. 5.	Qui dimiserit uxorem suam excepta fornicationis causa facit &c.
Luc. 14.	Si quis uenit ad me, & non odit patrem suum, matrem, & uxorem.
Matt. 5.	Sic luceat lux uestra coram &c.
Matt. 9.	Attendite ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus.
Matt. 5.	Si quis te percusserit in una maxilla.
Io. 18.	Si male locutus sum testimonium &c.
Matt. 6.	Orantes autem nolite multum loqui.
2. Th. 5.	Sine intermissione orate.
Matt. 6.	Ne solliciti sitis animæ uestræ &c.
2. Th. 3.	Qui non uult operari non manducet.
Matt. 6.	Pater noster qui es in cœlis.
Luc. 2.	Duas dimittit petitiones scilicet fiat uolũtas tua, & ultimam. s. sed libera nos a malo.
Matt. 6.	Nolite cogitare de crastino.
Ioes 13.	Loculos habebat Iudas.

Non

Matt. 7. Non omnis qui dicit mihi domine domine intrabit.

1.Cor.12. Nemo potest dicere domine nisi in Spiritu sancto.

Matt. 8. Accedit ad eum Centurio.

Luc. 7. Misit ad eum seniores Iudæorum.

Matt. 9. Dominus cum publicanis manducans dicebat non est opus ualentibus medico.

1.Cor.5. Scripsi uobis in epistola non commisceri fornicariis.

Matt.10. Ne quid tuleritis in uia neque uirgam.

Marc.6. Et præcepit eis ne quid tollerent in uia nisi uirgam.

Matt.10. Non peram portabitis neque calciamenta.

Marc. 16. Sed calceatos sandaleis.

Matt.11. Inter natos mulierum non surrexit.

Ioan. 1. Ante me factus est cuius non sum dignus &c.

Matt. 11. Iugum meum suaue est,& onus &c.

2.Th.3. In multa patientia in tribulationibus, in angustiis,& in plagis.

Matt. 12. Qui non est mecum aduersum me est.

Marc.9. Nolite prohibere qui contra uos non est, pro uobis est.

Matt.12. Bonus homo de thesauro suo profert.

Marc.12. Nemo bonus nisi Deus.

Matt. 16. Beatus es Symon Bariona quia caro, &c.

Matt. 16. Vade Satanas scandalum mihi es.

Matt.17. Helias iam uenit, & ipse est Ioannes Baptista.

Ioan. 1. Helias es tu? & dixit non.

Matt.17. Et post dies sex assumpsit Iesus.

Luc.9. Post dies fere octo.

Matt.22. Multi sunt uocati &c.

Rom.8. Quos uocauit hos,& iustificauit.

Matt. 22. In his duobus mandatis tota lex pendet.

Gal. 5. Omnis lex in uno sermone impletum.
Matt. 26. Conuerte gladium tuum in locum suum.
Luc. 22. Qui non habet gladium uendat tunicam.
Matt. 28. Si peccauerit in te frater tuus &c.
1. Ti. 5. Peccantem coram omnibus corripe.

Ex Marco 2.

Marc. 15. ERAT autem hora tertia, & crucifixerunt eum.
Ioã. 19. Erat hora quasi sexta, & dicit Iudæis. Ecce rex uester.
Marc. 16. Mulieres uenerunt ad monumentum orto iam sole.
Luc. 24. Venerunt diluculo ad monumentum.

Ex Luca 2.

Luc. 18. DOMINE propitius esto mihi peccatori.
Ioan. 9. Scimus, quia Deus peccatores non exaudit.
Luc. 23. Memento mei domine dum ueneris &c.
Matt. 27. Idipsum autem & latrones, qui crucifixi erant improperabant ei.

Ex Ioanne 16.

Ioan. 1. IN propria uenit & sui eum &c.
Ioan. 5. Vos non auditis quia ex deo non estis.
Ioan. 3. Non, n. ad mensuram dat Deus spiritum.

Secundum

1.Cō.12. Secundum mensuram donationis Christi.
Ioan. 3. Non uenit filius hominis ut iudicet mundum.
Ioan. 9. Dominus in iudicium in hunc mundum uenit.
Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum nisi &c.
Phili. 3. Nostra conuersatio in cœlis est.
Ioan. 5. Pater non iudicat quenquam sed omne &c.
Ioan. 8. Est qui quærat & iudicet.
Ioan. 5. Et in iudicium non ueniet, sed transiet de morte ad uitam.
Matt. 21. Congregabuntur ante illum omnes gentes.
Ioan. 9. Veni ut faciam opera eius qui misit me.
Ioan. 17. Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.
Ioan. 10. Quem pater sanctificauit.
Ioan. 17. Et pro eis sanctifico me ipsum.
Ioan. 10. Ego, & pater unum sumus.
Ioan. 14. Pater maior me est.
Ioan. 11. Lazarus mortuus est, & gaudeo.
Ioan. 11. Et lachrymatus est Iesus
Ioan. 11. Qui credit in me etiam si mortuus fuerit.
Io. ibid. Omnis qui uiuit, & credit in me non morietur.
Ioan. 12. Qui amat animam suam perdet eam.
Eph. 5. Nemo unquam carnem suam odio habuit.
Ioan. 13. Quo ego uado uos non potestis uenire.
Ioan. 12. Volo pater, ut ubi ego sum ibi sit, & minister meus.
Ioan. 14. Qui non diligit me sermones meos non seruat.
Io. ibid. Et sermo quem audistis non est meus.
Ioan. 14. Quem mittet pater in nomine meo.
Ioan. 16. Si autem abiero mittam eum ad uos.
Ioan. 15. Omnia quæ audiui a patre meo nota.
Ioan. 8. Multa habeo de uobis dicere.

De Epistola ad Romanos 4.

Rom. 1. DE filio suo qui factus est ei secundum carnem.

2. Co. 5. Itaq; nos amodo neminé nouimus secundum carnem.

Rom. 3. Arbitramur hominem iustific. per fidem.

Iacob. 2. Fidem (dicit) sine operibus otiosam esse.

Rom. 7. Quod autem operor ignoro.

Rom. 7. Peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem.

Rom. 7. Scit quod non habitat in me bonum.

Gala. 5. Viuo ego iam non ego uiuit in me Christus.

Ex Galat. 1.

Gal. 6. ALter alterius onera portate.

Ibidem. Vnusquisq; onus suum portabit.

Ex Philipp.

Philip. 2. NON rapinam arbitratus est esse.

Ibidem. Semetipsum exinaniuit.

Ex Epistolis Ioannis 1.

1. Io. 1. SI. dixerimus quia peccatum &c.

1. Io. 3. Qui natus est ex Deo non peccat.

Laus Deo Finis.

IN principio creauit Deus cœlum, & terram. Genes. 1.

Temere autẽ Manichei, & impiè huic sententiæ contrarium faciunt, quod ad Titum scripserat Apostolus. Promissionem nobis a Deo factam de spe vitæ æternæ, pronuncians ante tempora æterna. In temporibus etenim illis æternis otiosum ab operibus Deum dicebant, si in aliquo temporis principio supremus omnium artifex mundum fabricasset.

Nec istud forsitan negassent impij. Nempé cœlum conditum in principio aliquo ipsius temporis impossibile esse, cum tempus ex cœli motibus (vt satis constat) suam conseruet essentiam: eoq; fortius, cum dicat Apostolus. Ante tempora æterna; aut enim Tempus ex cœli motibus, cum ante cœli creationem tempora extiterint æterna non constare dicendum esset; (quod etiam Phylosophica dogmata non sapiunt:) aut cœlum non factum in principio temporis.

Vbi autem Apostolicæ propositioni veritatis amatores intellectum dederint, quem sanctissimus Responsio. 83. quæst.

ſanctiſſimus Pater Auguſtinus manifeſtat.

Ante tempora ideſt ante omnia Tempora. *Ante tempora æterna, ſeu ſecularia, (vt alij habent codices) hoc eſt ante omnia tempora, (quod ſic forſitan proferendum noluit, ne quis tempus crederet ex tempore ortum ſumpſiſſe) neutrum ex dictis dubijs contra verum nouerint etiam locum habere (præterquam quod Auguſtinus dicebat) per illud, quod dicitur in principio, non in principio temporis: ſed in filio intelligendum eſſe, Iudæis enim ipſum interrogantibus; quis eſſet? Reſpondit principium, qui, & loquor vobis: iſtud namq; indubitanter affirmando, nec cœlum factum poſt tempus, nec in tempore aliquo fatendum eſt ab operibus otioſum Deum:-*

Inde Geneſ. 1. contra Manich. 1.

Geneſis 1. *Ecce omnia, quæ fecit Deus erāt valde bona.*

Oppoſitum tamen huic veritati illud videtur, quod ad legiſperitum candor dixerat lucis æternæ. Nemo bonus niſi ſolus Deus.

Reſponſio. *Huic autem quæſito ſic ſatisfaciendum credimus, vt in perſona Saluatoris dicatur ſuprema illa bonitate, qua bonorum omnium eſt cauſa. abſolutus, ſeu ſimplex homo*

(ſicut

(sicut me arbitraris) bonus nemo , cui soli honor , & gloria illa suprema conuenit bonitas essentialis . Solus Deus bonus suprema bonitate quę essentialis dicitur.

Faciamus hominem ad imaginem , & similitudinem nostram . Genes. 1.

In quo etiam capite superadditur , & istud ; & creauit hominem Deus ad imaginem, & similitudinem suam : ad imaginem Dei creauit illum . Sed Manichæis hoc videtur impossibile : vt in Diabolica imagine , & similitudine . repleto (asserente id Domino cũ Iudæis verba faciente) vos ex Patre Diabolo estis : summi Dei , & incomprehensibilis , imago , & similitudo resplendeat .

Hoc nihilominus cur eis impossibile videtur . aut alteri dictum vnum contrarium , (vt verbis vtar proprijs) ignoro : spiritualem enim hominis confirmationem inspiciens Moyses , hominem dixit ad imaginem Dei factum : vetustatem postea iudæorum peccati inspiciens Dominus contrarium dixerat illos nempe Diaboli filios esse . Responsio. Homo ad imaginem Dei secundum spiritualem confirmationē. Filius Diaboli secundum vetustatem peccati.

Igitur perfecti sunt cœli , & terra , & omnis ornatus eorum compleuitq; Deus die Genes. 2.

septimo

septimo opus suum, quod fecerat.
Patet his verbis, per sex dies opera omnia a Domino iam facta: & per sex dies facta commemorat Moyses: oppositum tamen legitur in Ecclesi. 18. in cuius capite principio sic legitur. Qui viuit in æternum creauit omnia simul.

Ecclesiast. 18.

Responsio. Lib. 4. inde Genes. ad literam.

Simul in efficacia Creatoris.

Nos autem, quam iudicamus contrarietatem ex mente Patris Augustini penitus tollentes, dicimus: omnia simul facta in efficacia creatoris per prius autem & posterius quæ sex dies illi nobis demonstrant facta leguntur in connexione creaturarum: in his etenim, quæ facta simul fuerunt nemo videret quid prius posteriusve fieri debuerat si separatim illa condita spiritus sanctus mentem hominis illuminans non demonstrasset.

Post sex dies in cõnexione creaturarum.

Genes. 2.

Septimo die requieuit Dominus ab omni opere, quod patrarat.
Cui loco calumniantur Manichæi nouo testamento dicentes aduersari, Domino asserente in Euangelio: Pater meus operatus est vsquemodo. Ab illo autem die in quo sic dixerat Moyses Pater quieuerat, vsque ad horam istam, in qua Saluator pronunciaue-

ciauerat. Pater meus operatus est vsquemodo; quot tempora praecesserint quotusquisque sane nouerit.

Contrarietatem tamen nullam ibi esse Pater Augustinus clarissime manifestat; Iudaeorum enim Dominus refellens errorem, qui putabant Deum sic requieuisse die septimo, vt ex illo prorsus nihil operaretur dixerat. Pater meus operatus est vsque modo: opera enim a quorum creatione die septimo quieuerat vsquemodo: (vt filius protulit) administrando operabatur.

Responsio Contra Adimantum.

Quieuit a Creatione Mundi.

Operatus est administrando ea, q sunt in mudo.

Quam ob rem relinquet homo Patrem & Matrem suam, & adhaerebit vxori suae, & erunt duo in carne vna.

Genes. 2.

Huic autem scripturae calumniam mouent. Manichaei tanquam saluatoris nostri praecepto oppositae suos aequales, & ipsius imitatores sic admonentis. Omnis, qui reliquerit domum, vel vxores, aut parentes: aut fratres, aut filios propter regnum caelorum centies tantum accipiet in hoc tempore: & in futuro seculo vitam aeternam possidebit.

Si autem responsum Domini Iudaeis da-

Responsio.

tum circa quæsitum sibi factum si dato libello repudij liceat vxorem dimittere diligenter animaduerterent, vbi in conclusione dicebat: quos Deus coniunxit homo non separet

Nõ semper relĩquenda est vxor, quia diligenda secundum præceptum scripturæ.

(ex quo patet satis amorem coniugum potius ad mortem continuandum, quam in vita diuidendum) Dominum potius scripturam illam adimplendam, quam soluendam viderent iussisse: non tamen vxorem semper relinquendam: sed in necessitate solum discipulis, & omnibus præposuerat, tunc videlicet, cum propter regnum cœlorum necesse fuerit: si enim alter coniugum in altero Christi fidem execratur non patiens, vt Christianus sit, tunc maximè relinquendus est ille siue vir, siue vxor fuerit.

Relinquenda in necessitate quando viro est impedimento ad ea, quæ sunt Christi.

Genes. 3.

Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.

Dictio autem nobis pluralitatem quandam perdemonstrans, aut sententiam ipsam deprauabit, aut sententiæ illi, quæ legitur Deuteronom. 6. Audi Israel Dominus Deus tuus vnus est erit opposita.

Responsio

De facili tamen quæstionem ita soluentes, & cum Theologorum omnium pernotatis, &

tis, & cum Augustino distinguentes dicimus, neutrũ ex diuisis membris concedendum, & vtramque sententiam verissimã: in prima sententia etenim personarum pluralitatem demonstrans illud nobis dixerat; videlicet. Adam quasi vnus ex nobis &c. Essentiæ postea vnitatem in altera declarauit.

libr. quæstionum 65. dialog.

Ly Nobis insinuat personarum pluralitatem.

Ly vnus vnitatẽ essentiæ.

Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris: cum operatus fueris eam non reddet tibi fructus suos eris vagus &c.

Genes. 4.

Cui (vt in indice post tabulam primam ponit Augustinus super additur & istud: Etenim operari necesse est terram, quæ steriles tibi fructus dabit. Operandi autem necessitatem istam Dominus ab Apostolis abstulit cum dixerat nolite cogitare de crastino: nam crastinus dies ipse cogitabit sibi; contrariam igitur Manichæi impius discipulus Adimantus concludit sententiam Iesu ei, quam contra Cain protulerat Dominus.

In libro tamen, quem contra ipsum conscripserat sanctissimus Pater Noster contrarietatem, quam ponit Adimantus, ac ip-

Responsio.

Cain fratricidæ conueniebat sterilitas terræ.

sum pariter Adimantum deridendo: sic respondet: Cain fratricidam Discipulis non esse comparandum: meruit ipse propter delictum in fratrem perpetratum pœnam, quā sibi adhærentem iusserat Pater omnipotens nempe terræ sterilitatem non autem eandem meruere discipuli, qui Dominum Iesum Christum sequuti prædicando Euangelio parabantur.

Apostolis Domino obedientibus fertilitas.

Genes. 4.

Et ait Dominus ad Cain. Vbi est frater tuus.

Et amplius vidi Dominum meum facie ad faciem, & salua facta est Anima mea. Gen. 32. Insidiantur tamen Manichæi, & dicunt omnia contraria esse nouo testamento Ioan. 1. vbi dicitur. Deum nemo vidit vnquam, & in cap. 5. in quo scriptum est. nec vocem illius aliquando audistis, nec faciem eius vidistis, nec verbum eius habetis in vobis manens: quia ei, quem ille misit, non credidistis.

Responsio.

Faciliter autem soluetur quæstio si dicatur secundum diuinitatem suam, & secundum id, quod verbum est Patris Coæternū Patri, & incommutabile neminem videre

 posse

posse Deum, nec cum eo loqui: per Angelos tamen actus, quos supra diximus de Deo posse verificari: nam qui per alium facit, etiam per se ipsum facere videtur.

Secundum Diuinitatem suam inuisibilis Deus.

Visibilis per alios

Pœnitet me fecisse hominem. Genes. 6.

Dicit tamen (Hierem. vt legitur cap. 18.) & aliud quod videtur oppositum iam dicto. Nempè si pœnituerit vos de peccatis vestris pœnitebit me de omnibus malis, quæ facturus eram vobis, si firmiter dixerat. Delebo hominem quem formaueram a facie terræ; & (vt experientia nos docuit) in effectu deleuit, & permanens fuit sententia illa, quam de hominis formatione iam expresserat: Ad quid postea per Hierem. variam pœnitentiam declarauerat, & mutabilem si pœnituerit vos de peccatis vestris; pœnitebit me, & de omnibus malis, quæ facturus eram uobis?

Nos autem huiusce oppositionis responso ex doctrina sanctissimi Patris Augustini satisfacere uolentes respondemus. Pœnitentiam illam; quæ in Deo legitur in eo esse mutationem sententiæ, quæ ex reo procedit: & ideo dixerat Dominus pœnitet me &c. Vt

Responsio.

Inde tépore ser. c.x.

exponatur. quia illum incorrigibilem, & impœnitentem uideo; ideo pœnitet me ipsum fecisse idest, quam in illum ad bonum sententiam firmaueram ad malum pœnæ mutabo. Peccatores autem cum multi inueniantur pœnitentes, ideo oppositum dixerat uidelicet si pœnitebit uos de peccatis uestris pœnitebit me, & de omnibus malis, quæ facturus eram uobis; unde, & magni Patriarchæ illius Noe familia in statu persistens pœnitētiæ ab electorum numero fuerat remota.

Genes. 15. *Et quarta generatione reuertentur huc. Sed in Exo. 13. iuxta 70. inter filios Israel de Egypto non in quarta; sed in quinta legitur exijsse progenie: aut igitur istorum mala interpretatio, aut ad concordantiam aliquis ad dicta diuersa erit dandus intellectus.*

Responsio.

In libro quæstionum vet. & noui testamenti.

Nos uerò istorum interpretationem hac in parte minus iugulantes: sed ambarum propositionum intellectum perscrutantes id dicimus, & per dictorum concordantia, fatemur, quod Pater Augustinus innuit: Vtrunque (dicit ipse) Moyses dixerat fallere igitur eum impossibile est, in quo tanta

uirtus

uirtus operata est. Iccirco ad sensus inuesti gationem est dicendum quod Deus dixerat quarta generatione: quia eas tantummodo intendebat, quæ in Aegypto natæ sunt, Moyses addens his unam, ex qua hæ ortum acceperunt cum intrassent in Aegyptū quinta (inquit) generatione exierunt filij Israel: generationem enim, quæ intrauit in Aegyptum, & quattuor, quæ illic natæ sunt simul complexus.

Gñeratione quarta dixerat Deus, quia illam, quæ in Aegypto ingressa est subticuit.

Moyses autē dixit, quia eametiā intendebat.

Apparuit Dominus Moysi in flammam ignis.

Exod. 3.

Verum apparitionem istam aliter insinuant acta Apostolica: Nam Angelum ei apparuisse in rubo illo, qui ardebat, & non comburebatur aptissimè demonstrant; quæret aliquis modo; nunquid ista scriptura uera, & illa falsa, aut illa uera, & ista falsa?

Audiat tamen responsum cupiens, quid Augustinus circa hoc sentiat, & quidem bené. Ambæ scripturæ (dicit Doctor ipse doctissimus) ueræ, nulla est falsa, sed, quod obscurum uidetur importare diuersum, quod creditur, in Actibus exponens, potius pri-

Responsio.

Inde Verbis Domini.

mæ præpositionis in Exodo, quam diuersitatem manifestat; Cum enim corporeis oculis minus se præbeat uisibilem Deus, uoluerunt acta per id, quod dixerant Angelus Domini id exponere, quod scriptum erat in Exodo uidelicet. Apparuit Dominus. Dominus enim per Angelum sanctis præsentibus, qui se Deum uidisse fatebantur apparebat elucescet igitur Veritas alter per alterum exponendo, & declarando. Apparuit Dominus; hoc est Angelus in persona Domini: Apparuit Angelus; hoc est Dominus per Angelum, & idcircò acta, quæ sic testantur. Apparuit illi in deserto Montis Synai Angelus in igne flamma rubi: ut per Angelum Dominum intelligeremus per ipsum Angelum reuelantem se statim addiderunt: Moyses autem uidens admiratus est uisum, & accedente illo: ut consideraret facta est ad eum uox Domini dicens. Ego sũ Deus Patrum tuorum, & non dicunt facta est ad eum uox Angeli.

Apparuit Dominus hoc est Angelus in persona Domini.

Apparuit Angelus hoc est Dominus per Angelũ.

Exod. 20.

Ego sum Deus fortis Zelotes uisitans iniquitatem Patrum in filios in tertiam, & quartam generationem eorum, qui oderunt me.

Ezech. autem contrarium ponit 18. Non portabit filius iniquitatem patris.

Sed, ut tantus vir, qui spiritu Domini ductus ipsius magnalia referebat; Domini voci non cognoscatur contrarius sciendũ est, corporalem pœnam infligendam esse in filios de parentum peccatis, & non pœnam, quæ post mortem debetur Animæ, & ideo dicebat corporalem pœnam intendens, idest visitans iniquitatem patrum tuorum usque ad tertiam, & quartam generationem, & pœnam animæ alter considerans dicebat. Non portabit filius iniquitatem patris, quia anima, quæ peccauerit ipsa morietur, sic etiam intelligetur, & illud Deuterono. 24. Non morientur patres pro filijs, scilicet in anima, quod si etiam Dominum in anima parentum peccata in filios punire intelligeretis expositione indigebit illa propositio, videlicet visitans iniquitatem Patrum vestrorum usque ad tertiam, & quartam generationem, quam expositionem vobis ab eodem textu sumendam præpono. Addit enim Dominus, eorum, qui oderint me. vera est igitur quod Deus punit peccata parentum in filios etiam in anima, sed istud erit cum

Responsio.

Visitans iniquitatem Patrũ in filios, sed non in anima.

Et in anima si perseuerauerint filij in parentum peccata.

filij oderint Dominum, sicut & patres, & in patrum peccatis perseuerauerint.

Exod.20. *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam:*

Huic autem loco illum Euangelij locum Manichæi dicunt esse contrarium vbi Dominus, cuidam dicenti; Ibo primum, & sepeliam patrem meum: Respondit sine, vt mortui mortuos sepeliant, tu autem veni, & annuntia regnum Dei.

Responsio. *Sed eodem modo hoc soluitur quæsitum (Respondet Augustinus) quo illud superius: vbi Deus vxorem relinquendam præposuerat: Quamobrem relinquet homo &c. quia parentes honorare debemus circa præceptum supra positum, & iuxta Domini iussionem dicentis in Euangelio si vis ad vitam intrare &c. in quibus etiam illud commemorat: Honora patrem tuum, sed in diuini Amoris comparatione (præsertim si impedimento sint parentes) absque dubio sunt condemnandi.*

Contra Adimantum.

Nō sunt honorādi Parentes si ad amorē quem erga Deum debemus sunt impedimento.

Exod.21. *Oculum pro oculo dentem pro dente.*

Talis lex erat primitus data iudæis reciprocam de

eam de inimicis, & maleficis suis uindictã iure permittens. Hanc autem, & omnem aliam uindictã authoritate propria a suis sequacibus prohibet Dominus, qui antiquiorem illam legem contemnens dixerat, & præcipiebat contrarium esse faciendum; sic. n. scriptum est. Matth. 5. Ego autem dico vobis non resistite malo: sed si quis te percusserit in maxillam, prabe illi, & alteram, & quicunque voluerit tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam auferre prabe illi, & palium, & si quis (dixerat amplius) angariauerit te mille passus vade cum eo, & alia duo.

Responsio.

Euidens re vera duorum testamentorum differentia in his sententijs demonstratur distinctio tamen saluabit vtrumque, vtrumque enim a Domino dictum est, vtrumque oportet, vt sit verissimum, & ideo Augustinus, ut supra respondens dicit carnalibus mensuram uendicandi esse constitutam: non autem spiritualibus, aut spiritualiter uiuere debentibus. istis etiam in ueteri testament erat præceptum: vt in persona Proph. in Psalm. 7. scriptum est. si reddidi retribuentibus mihi mala, & alius Proph. dicit.

Carnalibus non spiritualibus data est lex vindictæ.

Dabit percutienti se maxillam saturabitur opprobrijs.

Si audieris vocem meam, & facies quæ-
Exod.23. *cunque præcipio tibi odero odientes te, & contristabo contristantes te præcedet te Angelus meus, & adducet te Ad Amorreũ, & Pherezeum, & Cananeũ, & Hebuseum, & Gergeseum, & occidetis illos. Deos eorum ne adorabitis, neque feceritis opera eorum; sed euersione euertite illos, & delete eorum memoriam.*

Sed his verbis de veteri testamento ita commemoratis tanquam contrarium apponit Adimantus, quod in Euangelio scriptum est dicente Domino. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros benefacite his, qui uobis maledicunt, & benedicite his, qui uos oderunt, & orate pro his, qui vos persequuntur.

Responsio.
Contra Adimantum.

Quæsito autem duas partes continenti quarum una est inimicos occidendos, & altera idola euertenda duabus satisfaciendum responsionibus Augustinus uoluit: inimicos fore occidendos (hæc est ad primum responsio) lex fuit data populo carnali, cui talis interfectio congruebat; ipsi enim fuerat lex data.

Carnali populo congruebat inimicorum interfectio, cui lex data tãquam pædagogus.

data : tanquam pedagogus; ipsos postea diligendos esse spiritualiter viuentes in Euangelio monuit dominus. Qui in aliquo inimico vindictam ponunt licite quandoque procedere. vindictam tamen, quæ inimicorum carnis interitum, & spiritus salutem respiciat, Ego quidem (dixerat Apostolus) absens corpore præsens autem spiritu iam iudicaui, quasi præsens, eum, qui sic operatus est in nomine Domini Nostri Iesu Christi congregatis vobis, & meo spiritu cum potentia Domini Iesu tradere eiusmodi Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Et hæc quidem vindicta licet ex sui nominis potentia odium sapiat dilectionem tamen magis respicit, quam odiū: semper enim ad id attendendum est quod melius; & spiritus, in quem respicit dilectio longe melior ipsa carne; ad quam transfertur odium.

Spiritnali autem congruerat inimicorum dilectio.

Dilectionem hāc nō ad Dæmonia aut ad eorum simulacra (vt secundam quæsiti ponam responsionem) sed ad hominem solum pertinere dicendum est. Non est igitur contra ipsius præceptum Dæmonum, & eorum simulacrorum euersio: vt in ultima parte propositionis Exod. dicebatur.

Diligēdi sunt inimici homines nō Dæmones, & eorum simulacra.

Constituite

Exod.25. *Constituite tabernaculum, in quo commorari uobiscum possim.*

Minus Manichæi conantur ostendere in tabernaculo, quod ex auro, & argento, & ære, & purpura, & pilis pecorum, pellibusque constructum est habitare possit Deus, cuius sedes (vt in Matth. cap. 5. legitur.) cœlum est, contrarium est igitur, quod dicebatur Euangelio dicunt ipsi.

Responsio.

Cœlum localis Dei sedes.

In Ecclesia auté cultus exercetur Dei.

In Psalm. 121.

Cedam libenter maiorum, ac sapientiorum dictis, & responsis. Ego autem ad opposita sic responderem, quod tabernaculum illud, quod dixerat Dominus, & Nos Ecclesiam appellamus cœlum licite posse nuncupari. Sanctis non mihi credite cœlum dicitur Ecclesia (ait D. Ambrosius) quia in huius vita nocte sanctorum exemplis, atq; uirtutibus quasi claritate syderum fulget; sic Augustinus cœlum mihi sedes est: qui sunt isti nisi iusti, qui cœlum ipsi cœlum, quæ Ecclesia ipse Ecclesia, sicut sunt multæ vna sit, sic & iusti, ita sunt cœlum: ut cœlum sint in ipsis autem sedet Deus, & de ipsis in dicat Deus, seu Deus localiter in cœlo per sacramenta, & per fidelium cultum in Ecclesia: quia in Ecclesia hac militanti uiatores

res colunt Deum, & sacramenta ministrāt ipsius Dei.

De Holocaustorum ritu: quomodo de armento fiet oblatio quomodo de pecoribus quomodo de auibus praeceperat Dominus ex quibus: ut nonnullis alijs subsequentibus ordinibus constat satis non paruifacienda: sed potius acceptanda sacrificia, & obseruanda. Qui igitur tempore Moysis, & Abrahae sacrificia instituerat, & post dilunium Noe sacrificiū odorauerat: Cur Oseae 6. contrarium dixerat: Misericordiam uolo non sacrificium. Leuit. 1

Sed quod non absolute: sed secundum quid hoc est sacrificium illud uoluntarium, & indignum, quod indigne indigni offerūt (sicut Cain, & Saul) sacrificium renuat Dominus ex subsequentibus patet, qui enim dixerat. Qui misericordiam uolo, & non sacrificium, mox addidit, & scientiam Dei plusquam holocaustum. Ecce quomodo holocaustum, quod sacrificium quodam erat non renuit, sed, & scientia illud inferius ponit, sic etiam alibi legitur misericordiam magis uolo, quam sacrificium. Responsio.

Sacrificium indignum ab indignis oblatum renuit Deus.

Si ambu-

Leuitic.26. Si ambulaueritis in lege, & præcepta mea custodieritis, dabo pluuias tempore suo producet terra fructus suos, & arbores, & poma, & uindemiæ tuæ messibus succedent, & satio uindemijs, & saturabimini, & sedebitis in pace in terra uestra, & dormietis, & non erit, qui uos terreat. Et perdam omnem Beluam ex terra uestra, & persequemini inimicos uestros, & cadent ante uos in gladio, & insequentur quinque ex uobis centum, & centum ex uobis persequentur decem millia, & concident inimici uestri ante uos in gladio, & ueniam, & benedicam uos, & multiplicabo uos, & disponam uos. Manducabitis uetus, quod inueterauerit, & proijcietis uetus ante nouum.

Sed his certis Domini promissis populo Iudaico factis contrarium anteponunt impij Manichæi illud Euang. Luc. 12. Quod stulto auaro ad eius pœnam dictum fuerat: stulte hac nocte animam tuam expetam, quæ autem præparasti cuius erunt? si in incertis istis temporalibus sperare Iudæos Dominus optauerat, cur illum postea incerta ista sperantem deridet, & a Dæmonibus acerbissimé cruciatum nunciatur?

Verum

Verum quod in temporalibus istis Iudaeos sperantes principaliter minus voluerat Dominus patet expresse, non enim simpliciter dixerat; certum tenete Iudaei, quod vobis nuncio bonum, producet terra fructus suos, &c. sed si ambulaueritis in lege, & praecepta mea custodieritis. hoc est, quod primo loco posuerat in lege Dei in mandatorum obseruantia ipsius Dei est primo spes ponenda: secus autem auarus fecerat, qui in incertis solummodo, & in Deo nullam spem ponebat. Ideo vbi isti poenam minatur in incertum speranti illis legem obseruare volentibus certum promittitur.

Responsio. Iustitia Dei temporalibus praeponitur, & ideo istã obseruare volenti temporalia promittuntur.

Aufertur autẽ ab Auaro iustitiam parui faciente.

Non intrabitis terram, pro qua iuraui patribus vestris: sed in solitudine iacebunt cadauera vestra. Num. 14.

Per Hier. autem contrarium dixerat Dominus. Repente loquar ad gentem ut pro peccatis suis faciam pro eis malum, & si pro iniquitatibus suis egerint poenitentiam, & ego poenitentiam agam super malo, quod cogitaui: vt facerem eis, & non faciam.

Sed istud contrarium, aut istud (melius dicam) quod contrarium videtur. sic soluit splendor Ecclesiae Augustinus sanctissimus,

Responsio: In tomo x. serm. de tempore.

Non intrabitis terram &c. si pœnitentiam non egeritis. mus, vtramque proponens, & illam Num. Et illam Hier. verissimam, quod autem legitur in Num. cum hoc intellectu esse intelligendum Iudaicum populum in terram fluentem lac, & mel minus ingredi posse, si ab ipsa suorum peccatorum pœnitentia remoueatur?

Num. 15. De homine colligente ligna die sabbathi sic scriptum est. ex mandato Domini. Morte moriatur homo iste obruat eum lapidibus omnis turba extra castra, eumque eduxissent eum foras obruerunt eum lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus. Saluator noster hominis manum aridam sanauit in die Sabbathi. Quæritur ergo soluenti illi legem, quam præceperat Sabbatho obseruandam cur mortis pœna debebatur, & blasphemantur Iudæi Saluatori in Sabbatho operanti maledicentes?

Responsio. Sed si operum diuersitas attendatur insolubilis non erit quæstio. ambo operabantur: sed humanum opus operabatur alter, alter diuinum. Seruile, seu humanum opus in Sabbatho operandum prohibitum erat in lege non autem diuinum. Lex igitur non soluebatur, cum Saluator illud operabatur.

Quis humanum fecerat in die Sabathi, quod erat prohibitum.

Diuinũ fecerat Saluator.

Et in

Et in nomine eius iurabis. Deuteronom. 6.

Iuramentum autem in Matth. cap. 5. prohibens, verbum Domini dicere solebat. Ne iuretis omninò, quod directè suprapositο præcepto contrarium videtur.

Ad literam verò veritatem habet (inquit Pater Augustinus ultima propositio, non autem prima nil aliud enim per illam insinuat nobis Dominus nisi in alterius Dei nomine non esse iurandum unus est Deus: Veritatem igitur, quam in alicuius nomine affirmandam cupis in nomine ipsius iurabis tantummodò.

Responsio.

In 3. quæst. lib.

In nomine eius iurabis hoc est nō affirmabis veritatem in nomine alterius Dei.

Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Deuteronom. 6.

Cytharizantis autem verba Dauid contrarium sonare videntur in Psalm. 98. & adorate scabellum pedum eius: sed terram adorare, quam pedum Domini scappedanium, seu scabellum nominat Esaias, cum dicebat in persona Domini. cælum mihi sedes, terra autem scabellum pedum eorum, quis non videt vilissimum Idolum adorare.

Sed audite (quæso) quàm doctissimè propositam quæstionem soluit Pater Augustinus. Caro est; quæ de Terra est adorare,

Responsio.

In Psalm. citatâ expositione.

Cum scabellum Domini adoras Deum adoras Iesum Christũ, qui carnem significatam per terram scabellum pedũ eius est ex carne sumpserat.

igitur scabellum Domini pedum, idest terram nil aliud est nisi adorare carnem: Carnem autem non omnem, sed eam tantummodo suprema ista adoratione, quæ continetur in hoc versu, quæ de carne, idest de virgine ortum habuit: Saluatorem Nempe nostrum Iesum Christum. Ergo cum scabellum pedum Domini adoras ipsum Christum adoras Dominum, qui carnem per terram significatam, quæ scabellum pedum eius est ex carne sumpserat idest ex virgine.

Deuteronom. 12.

Si autem comedere volueris, & te esus carnium delectauerit occide, & comede.

Oppositum huic precepto posuerat Apostolus ad Roman. 14. Bonum est non manducare carnem.

Responsio.

Sed miror cur in tantam venerint insaniam impij Manichæi, vt vbi summam concordiam, ibi maximam prædicent discordiam. occide, & commede verum est quod legitur: sed iuxta benedictionem Domini Dei tui, sic sequitur textus iuxta voluptatem igitur, quam dedit tibi Dominus debes manducare omnem carnem, non ad voracitatem, & offensionem sic carnem commedere prohibet Apostolus, nulla igitur controuersia

Non est bonum manducare carnem ad voracitatem, & offensionẽ

Bonum est manducare iuxtà voluptatem, quam dat alicui Dominus.

trouersia hac distinctione prahabita iudicanda erit.

Tentat vos Dominus Deus vester. Deuteron. 13.

Cui etiam illud concordat, quod scriptum est in Euang. Ioan. cap. 6. Hoc autem dicebat tentans eum tunc videlicet. cum Philippum interrogasset; Vnde ememus panem: vt manducent hi? Ambabus tamen præpositionibus illud videtur esse contrarium, quod est scriptum Iaco. 1. Deus neminem tentat.

Pluribus in locis Sanctus Augustinus plures ad huiusmodi oppositionem ponit responsiones doctissimas quidem omnes, & clarissimas, alteram ex his omnibus tamen eligam, quæ habetur sub tali verborum sensu. Deus neminem tentat ad deceptionem; ea videlicet tentatione, qua quisque peccato implicatur. Hoc certè intendebat Diuus Iacobus cum dixerat, Deus neminem tentat. Tentat postea ad tentationem, & vtilitatem non, quod ipse tentati intentionem ignoret, sed, vt tentatum, seu alios tentati patientiam, & constantiam scire faciat. Sic tentauit Abraham, vt scriptum est Gen. 12. Tentauit Dominus Abraham, vnde, & prohibens

Responsio.

Tomo 4. in quæstio. super Gene. lib. 1.

Deus non tentat ad deceptionem.

Tentat ad vtilitatem, & probationem.

probibens Angelus, ne filium interficeret Abraham addidit, Ne inijcias manum in puerum, neque facies ei quicquam: modo enim cognoui, quod timeas Deum. cognoui hoc est cognoscere te, & alios feci, quod timeas Deum.

Deuteron. 21.

Maledictus omnis, qui in ligno pependerit.

Iesus Christus igitur, a quo omnis, & per quem omnis in vniuersum venit benedictio, ad quid suos monet sectatores crucem super se propriam tollere, dicens. Si uis perfectus esse tolle crucem tuam, & sequere me cum inde ex Cruce videlicet tanta in crucifixum veniat maledictio, quantam ex Deuterono. propositione intellexistis.

Responsio.

Contra Adimantum.

*Sæpe fuit ista quæstio à Manichæis uẽtilata (scribit Pater Augustinus) Ad mẽtem autem (quicquid doctissimus Doctor iste ibidem super hoc respondeat affirmando) respondeam. Maledictus omnis dixerat Moyses, qui pependerit in ligno, & de Christo Saluatore id propheti*Z*ando dixerat, non quod Saluator ob crucem, quam supra se pro nobis substulit esset maledicendus: sed quia à maledicendis dum penderet*

Maledictus omnis &c. Quia Dominus Crucifixus à crucifixoribus in cruce pendens maledicendus erat.

in

in cruce maledicendus erat, & tunc fuit (ni fallor) cum improperabatur ei. Si filius Dei es descende de cruce, & alia, quam plurima ad eiusdem improperium, quæ à maledictis viris prolata maledictum Dominum poterant demonstrare. Sed (vt eam responsionem ipsius August. dicã. Maledictus omnis &c. propter peccatum venit maledictio. Maledicta terra in opere suo (dictum fuerat Adæ post peccatum) Christus igitur propter peccata crucifixus maledictus erat; non quia peccatum fecerat: sed quia similitudinem gessit carnis peccati; & propter peccatum mori dignatus est: vt maledictione illa in cruce defuncta benedictio subsequeretur illum, quem crucem supra se tollere admonet Dominus.

Vel Maledictus omnis &c. Quia Dominus similitudinem gerens carnis peccati in cruce supra se omnium maledictionem assumpserat.

Amonites, & Moabites etiam post tertiam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum: quia noluerunt uobis occurrere cum pane, & aqua in via quando egressi estis de Aegypto, & quia conduxerunt contra te Balaã filium Beoz de Mesopotamia Syriæ: vt malediceret tibi, & noluit Dominum Deum tuum audire Balaam, uertitque maledictionem eius in be- Deuter. 23.

nedictionem tuam, eo, quod diligeret te, nõ facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus uitæ tuæ in sempiternum.

Contrarium autem scriptum in Euangelio à domino dictum, & discipulis mandatum neminem fugit. Ego autem dico uobis diligite inimicos uestros benefacite his, qui oderunt uos, orate pro persequentibus, & calumniantibus uos.

Responsio.

Vbi autem in lege nostra nouerit quisquã cum inimicis minus esse morandum. Sinite illos cæci sunt, & duces cæcorum nihil amplius pro concordia utriusque loci dicendum quoque cognouerit, nisi quod Theologorum dogmata sapiunt distinctionem istam uidelicet in inimicis culpam, seu quod in ipsis peccatum est fore euitandum: eorum autem naturam, quæ à deo est, & bona, etiam diligendam.

Culpa inimicorũ fugienda: eorum Natura diligẽda.

Deuteron.28.

Si autem audieris uocem Domini Dei tui, ut facias, atque custodias omnia mandata eius, quæ ego præcipio tibi hodie faciat te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus, quæ uersantur in terra, uenientque super te uniuersa benedictiones istæ, & apprehendent, si tamen præcepta eius audieris benedictus

ris benedictus tu in ciuitate, & benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ fructusq; iumentorum tuorum, greges, & armentorum tuorum, & caulæ ouium tuarum benedicta horrea tua, & benedictæ reliquiæ tuæ, & paulo infra emittet Dominus benedictionem super cellaria tua.

Præcepta Domini obseruantibus bona ista, at præcepta Saluatoris nostri obseruare cupientibus contrarium promittitur nempè, vt crucem suam supra se tollat, & se, & bona sua omnia abnegent sic legitur in Mat th. 16. si quis vult venire post me abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me; qualis igitur opposita ista sedabit æqualitas.

Audite illam quæso. Carnaliter Domino seruientibus, carnalia, seu temporalia promittuntur bona spiritualiter autem seruientibus præmia promittuntur spiritualia igitur populo illi carnali non mirum si temporalia pollicitabantur non autem Christianis spiritualiter viuere volentibus; quia ab ipsis melior erat expectanda promissio, præmium nempè æternæ vitæ; sic alias dixerat Dominus. Vos, qui reliquistis omnia, & sequuti estis

Responsio.

Promissio temporalium facta populo carnaliter Domino seruiẽti

ti estis

Promissio spiritualium facta spiritualiter Domino seruientibus.

ti estis me centuplum accipietis, & vitam æternam possidebitis.

Deuteronom.29.

Vos vidistis Vniuersa.

Quæ fecit Dominus coram vobis in terra Aegipti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæque terræ illius tentationes magnas, quas viderunt oculi tui. Sed ibidem postea contrarium scriptum est videlicet, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, si non dedit eis Dominus oculos videre; quomodo ergo ait superius vos vidistis tentationes magnas?

Responsio. In quæstio. super Deutero.lib.5. Vidistis vniuersa oculis corporeis. Non vidistis oculis spiritualibus.

Nodum soluit Pater Augustinus utrumque uerum est, & vidistis vniuersa, & dedit uobis Dominus oculos non videre: quia viderũt oculis corporeis, & nõ spiritualibus.

1.Regum 10.

Et insiliet in te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis; & mutaberis in virum alium.

Verbum Samuel quod dixerat ad Saul in die illa, quæ ipsum vnxerat Regem super Israel, & paulo post, & insiliuit in eum spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum. Mouet autem nonnullos ex his verbis consimilis quæstio in eum videlicet, in quem

in quem spiritus Domini bonus insilierit, quo modo spiritus eiusdem malus occupauerat. sic enim legitur 1. Reg. 16. & exagitabat eum, scilicet Saul spiritus nequam a Domino.

Sed diuersis temporibus mutabilibus creaturis oppositas inesse operationes, & effectus non utique incōueniens iudicabit quispiam, nec nisi mentecaptus, & inscius valde rem admirabitur. Homo erat Saul creatura erat mutabilis erat poterat igitur in ipsum Domini praecepta obseruantem spiritus Domini bonus (ut iam re vera accidit prophetando insilire, se a uia Domini postea recedentem post aliquod tempus spiritus malus occulto Domini iudicio (sic enim interpretatur illud spiritus Domini malus.) fortiter vexare. Responsio.

In Saul obedientem Dei spiritus bonus insiluit.

Ipsum reprobum spiritus malus occulto Domini iudicio vexabatur.

Odisti Domine omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur mēdacium. Psalm. 5.

Illi autem, qui iniqua operantur, & mendacio delectantur, & si iniqui sunt Dei tamen creaturae sunt, & de his, & omnibus scriptum est. Nihil odit eorum, quae fecit Omnia diligit, omnia amat, peccatores etiā

dicit Apostolus commendat Deus dilectionē suam in nobis : quoniam cum adhuc peccatores essemus Christus pro nobis mortuus est; vides maximam dilectionem etiam erga peccatores : quomodo ergo uerum est eius oppositum odisti omnes &c.

Responsio. Vtrumque verum est, diligit nos Deus, odit nos Deus simul, & semel; huiusce autem dicti expositio, & interpretatio tollit oppositum, quod putabatur. diligit Deus nos, idest Naturam nostram, odit nos, idest vitia nostra, sic exponit Augustinus nouerat Dominus simul in vnoquoque nostrum, & odisse, quod feceramus, & amare, quod fecerat.

Odit Deus vitia nostra.

Diligit Deus Naturam nostram.

Ex tract. expositionis in Euange. Ioannis c. 17.

Psalm. 8. Minuisti eum paulominus ab Angelis. Propheticum verbum Domini in patris sapientia mundum illuminante veritatem habet, cui & illud conrespondet, quod post ipsum tot elapsis annis dixerat Euangelista Domini. Eius scriba Lucas doctissimus, & erat subditus illis : sed sapientiam illam per quam creata omnia factionem receperunt, & esse, vt dilectus eius discipulus eiusdem sapientiæ, quam verbum nuncupauerat in 1. cap. demonstrat omnia per verbum facta

sunt

sunt creaturis subiectam dissonum videtur, & absurdum: cum enim inferioritatem quandam sapiat ex se ipsa subiectio mundi rebus omnibus eminentiorem infimum quodam modo prædicare minus erit prædicandum.

Quod contra ueritatem opponitur eo modo; quo opponitur nequaquam est uerum, quod dicitur fateor & ego: sed si formam serui, quam sumpserat pro nobis factus obediens Dominus; vt pro nobis moreretur. diligenter consideremus absurdum, quod dicebatur, & dissonum cessabit; non enim scilicet formam Dei minuit Saluatorem Pater Omnipotens paulominus ab Angelis, & parentibus subdidit: sed secundum formam serui sic ueritatem Aperit Augustinus Doctor Maximus. Responsio.

Secundum formam serui minoratus est paulominus ab Angelis, & subditus parentibus.

Non secundum formam Dei.

Contra Maximinum lib. 2.

Timor Domini castus permanens in seculum seculi. Psalm. 18.

Quod si uerum est sicut verissimum est tenendum, non est uidere quomodo charitas foras (vt dicit Ioannes Apostolus) emittat timorem oppositum igitur prædicat Apostolus et quod dixerat Propheta.

Addendo autem Apostolicæ præpositioni hoc unum adiectiuum uidelicet seruile: vt Responsio.

Perfecta Charitas foras emittit timorem seruilé non castum.

dicatur perfecta Charitas foras mittit timorem seruilem, & non castum, tollitur, & euacuatur omnis quæstio.

Psalm. 33.

Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur.

Sed a clarissima luce illa, quæ nos utique illuminatos reddit abipso Deo, ad quem ut illuminemur accedere iubet Propheta mirabiliter emanante illuminari nequaquam potest aliquis, qui ad ipsam accedere erubescit, & timet. non enim ait absolute Propheta a domino illuminamini: sed prius dixit accedite. Istam igitur ad Deum accessus dispositionem derelinquentes luce illa diuina debite, & iure priuantur, lucis autem istius incomprehensibilem abissum penetrare, & ad illam accedere Apostolo uidetur impossibile: ille enim qui diuinæ luci ad huc uiuens forsan cæteris omnibus propinquior fuerat: nam raptus usque ad tertium cælum uidit arcana Dei, quæ non licet homini loqui ad ipsam accessum impossibilem faciens dixerat. Deus inhabitat lucem inaccessibilem, uana igitur ad homines prophetæ admonitio, & exhortatio, cum dicit accedite ad eum, & illuminamini.

Sed

Sed absit, ut spiritu Dei ductum prophetice uerba Dei loquentem uana prophetizare diceremus: finita res quædam est homo, & infinita lux illa diuina ad illum igitur nostris meritis accedere, sicut Pater Augustinus, impossibile est, & hoc est, quod dicit Apostolus: Deus inhabitat lucem inaccessibilem: gratia autem Dei, quæ infinita est ad illam accedere non erit difficile.

Responsio. Inaccessibilis est lux diuina ex se ad illam, meritis proprijs homo nequit accedere.

Potestate autem diuina suffultus gratia potest.

In Psalm. 118 Concione 6.

Deus quis similis tibi? ne sileas, neq; mitescas Deus.

Psalm. 34.

Verùm id quod Psalm. à Domino petierat Dauid. ne scilicet mitis esset Deus contrariũ monstrat aliquod ad id, quod discipulis ipsos monendo præceperat noster Mess. ut ab illo discerent mites esse, & humiles corde: sic enim scriptum est. Matth. cap. 11. discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, Tu Dauid dixisti Dominum Tuum adulterij peccatum, & homicidij per Natã Prophetam arguenti peccaui, & Dominus abstulit à te peccatum tuum; cur igitur misericordiam consequutus á Domino peccator maximus sæuum potius in peccatores alios Dominum optas, & non pium, atque mitem? Profectò Dauid, quæ sint legis na-

turæ minimè sapis: uis enim alijs, quod tibi minus optasti.

Responsio. Absolutum uerbum illud prophetæ, & sine aliquo respectu si intelligeretur, quid per oppositionis istius concordia esset dicendum non uideremus: sed ecce respectus. Omnes peccauerunt, & misericordiam Dei a te domine pro his omnibus hoc non peto. Ali qui sunt, nonnulli sunt in pœnitentia finales in istos igitur, seu pro istis ne sileas, atque mitescas deus. Non enim, qui misericordiæ obrenunciauerunt misericordia digni sunt.

Non mitescas Deus in finales in pœnitentia.

Erga pœnitentes mitis Deus

Psalm.44. Speciosus forma præ filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis.

In oratione contra Iudæos to.6.

Apertissimè ostenditur (ut refert doctissimus Augustinus) speciosum istum, quem refert Propheta Christum fuisse cuius admirandam pulchritudinem, quam Sol, & Luna mirantur ordo uidelicet triumphantium, & militantium hoc uerbo unico expresserat Apostolus: Nempè ipsum esse æqualem Deo, sic dixerat scribens ad Philipp. Qui cum in forma Dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: sic igitur admiranda Dei Patris, eiusdemq; spiritus eiusdem cum ipso substantiæ: sic etiam & Dei hominis

filij

filijs pulchritudo: omnia enim quæ habet pater, habet & filius; ergo, & Patris pulchritudinem habet filius. Secus autem Esaias capit. 53. Istius namque hominis, & Dei formam describens, nec dum pulcherrimum præ filijs hominum forma speciosum; (vt dixerat Propheta) sed ab omni pulchritudine alienum denunciat. Audi quid dicat. Vidimus eum, & non erat aspectus eius consideravimus eum, & inuenimus, quasi leprosum, despectum á Deo, & humiliatum.

Responsio.

Sed eius, quod in verbis Esaia (Dei, & hominis formam denunciantibus) a verita te alienum reputatur propositionis expositio veritatẽ manifestabit. Vidimus eum: quia factus homo in terris visus est, & cum hominibus cõuersatus est, & nõ erat aspectus eius: non enim aspectus, & forma Dei, vt aspectus, & forma hominis. Iste mortalis, vt res quædam finita (vt vnico hoc finiam uerbo.) Ille mortalis rerum omnium supremũ Ens, & infinitum. consideravimus eum, & inuenimus quasi leprosum, idest quasi peccatorem. leprosum non dixit simpliciter,

Speciosus secundum diuinitatẽ.

Leprosus per infirmitatem humanam.

idest quasi peccatorem: leprosum non dixit simpliciter, idest peccatorem: quia peccatum non fecit, neque dolus inuentus est in ore eius: sed quasi leprosum: quia peccata omnium portauit, & peccatum licet non nouerat: pro nobis tamen (vt dicit Apostolus) peccator factus est, idest formam assumpsit hominis peccantis, & hominis peccantis pœnam subijt. Despectum à Deo, & humiliatum: quia, & si semper cum Patre filius ipsum tamen pro nobis tradere morti destinauerit: Vnde, & in cruce pendens dicebat: Hely Hely lamazabathani. Et post crucem exaltatus, ante crucem fuerat humiliatus. vides igitur, quantum à Christi diuinitate ipsius Prophetæ verba fuerint remota; Et licet verissimum extimabitur, quod verbum, nunquam fuit ab homine distunctum, nec homo dissociatus à Verbo: infirmitas tamen hominis fuit, quæ passionem susceperat. illam tamen diuinitas nunquam senserat. Oppositum igitur non erit si is, qui secundum diuinitatem pulcherrimus per prophetam dicebatur per infirmitatem Christi passi à pulchritudine per Esaiam absens iudicetur.

Psalm. 50. *Spiritum sanctum tuũ ne auferas a me.*

Lucas

Lucas etiam in eo quod descripserat Euangelio Spiritu sancto homines repleri demonstrat, & est repleta Spiritu sancto Elisabeth. Oppositum autem Euangelista Ioannes dixerat cap. 7. Spiritus non dum erat datus: quia Christus non dum erat glorificatus; ex hoc ergo cum sequatur post Iesu glorificationem datum spiritum Dei hominibus ipso repletum David, qui ante Christi fuerat glorificationem, & incarnationem impossibile fore. Sed neque Elisabeth, quam ante Christi natiuitatem Spiritu sancto repletam prædicat Lucas. Responsio.

Oppositum autem hoc tollit Pater Augustinus ante Christi glorificationem latenter non apparenter erat spiritus datus hominibus, quomodo igitur latenter etiam Elisabeth Zaccharias contra, & Simeon, & Prophetæ omnes ante Christum fuerant repleti, apparenter, idest per manifestam Christi apparitionem post glorificationem Christi eius discipuli replebantur. Responsio. Non dum erat Datus Spiritus Dei apparenter, sed bene latẽter. In lib. 83. quæst.

Auerte faciem tuam à peccatis meis. Vide quam frequenter David, & quam firmiter orat Dominum pro peccatis proprijs. Dominum sibi ignoscentem desiderans auer- Psalm. 50.

tas (inquit) faciem tuam à peccatis meis: sed mirum profectò cur in homine tantam, Spiritus Dei bonus posuerit contradictionẽ, & in eius dictis controuersiam: ut, qui prius Domini faciem à peccatis suis auersam cupiebat, & petierat, contrarium ante, pronunciauerat, ut faciem ab ipso non auertat suam, sicut dixerat in Psalm. 26. Ne auertas faciem tuam a me.

Responsio.

Non auertas faciem tuam à me.

Sed à peccatis utique.

Sed si res attendatur diligenter, & ut decet attentè consideretur contrarium, quod videtur cessabit. Regulæ enim (ut bene nostis Dialectici omnes) ex quibus contrariæ, & contradictoriæ propositiones dignoscuntur eandem copulam, eademq; subiecta requirunt, & prædicata, terminos nempe præcise pro eodem, uel pro eisdem præsupponentes; hinc dicitur, & legitur uniuersalis affirmatiua, & particularis negatiua, seu uniuersalis negatiua, & particularis affirmatiua de eisdem subiectis prædicatis, & copulis supponentibus præcise pro eodem, uel pro eisdem sunt contradictoriæ in figura. Nulla igitur ex dictis contradictio est colligenda cum in propositionibus, & in Dauid diuersis petitionibus diuersi ponantur termini: nam auerte faciem tuam à peccatis meis

dixerat in Psalm. 50. Non auertas dixit postea faciem tuam à me: aliud namq; est dicere: Auerte faciem tuam à peccatis, & auerte faciem à me. Auertat faciem (dicit Pater Augustinus) ab eo scilicet peccato, quod tu fecisti: sed non auertat ab eo, quod ipse fecit. In Psalm. 74.

Rectè iudicate filij hominum. Psalm. 57.
Et ut uniuersalis perceptio, & iussio hæc à Dauid in persona Domini hominibus facta intelligatur non dixit rectè iudices iudicate, sed rectè iudicate filij hominum: Omnibus igitur præceptum hoc obseruandum praeponitur. Ergo & à Iudæis, & à Christi Discipulis, & sectatoribus obseruari debuerat: contrarium tamen huic præcepto mandatum uidemus Iesu Christi Saluatoris nostri Matth. 7. Nolite (inquit) iudicare.

At cum nouerimus præceptum istud Domini Matth. 7. Quod scriptum cum aliqua clausula, seu distinctione intelligendum contrarium, quod apparet euacuabitur, & quidem distinctio aliqua ad hanc contrarietatem amouendam est necessaria: si enim absolutum præceptum deberet intelligi, alibi non dixisset. Nolite iudicare secundum faciem: Responsio. Nolite iudicare personaliter. Sed rectum iudicium iudicate.

faciem: sed iustum iudicium iudicate. Igitur, quam hic subticuit distinctionem, ibi praeposuerat. Erit ergo haec distinctio ad veritatis manifestationem Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate. Meum hoc praeceptum etiam per Dauid in persona Patris vobis mandatum fuerat, cũ dixerat. Recte iudicate filij hominum.

Psalm. 57. *Laetabitur iustus cum uiderit uindictam; manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Quam insinuans laetitiam Ioannes desideriũ monstrat in Apocalip. Quod iusti de eorum sanguinis ultione Domino manifestant. Hoc est, quod dicunt, & quasi Domini iustitiã arguentes à Domino petunt. Quousque Domine non vindicas sanguinem nostrum. Cur igitur Paulus peccatorum, & inimicorum vindictam prohibens contrarium dixerat. Non uos ipsos uendicantes Charissimi, sed date locum irae: scriptum est enim mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus, sic legitur Roma. 12.*

Responsio. *Sed audiat (quaeso) vnusquisque laetabitur iustus, cum viderit uindictam; vera est loquutio; sed si per vindictam correctionem intelligis (vt exponit doctissimus Augustinus)*

Prophetizando non optando id dicebat.

gustinus) nulla apparebit contrarietas: praeterquam quod Propheta dixerat cum uiderit non cum fecerit de inimicis uindictam. Et hoc est quod prohibet Apostolus, & illud quousque Domine non uindicas &c. Intelligitur, quod dicebant iusti id prophetizando, non optando: quia uenturum erat Dominum iustorum sanguinem vendicaturum.

In Psalm. 79.

Cum vindictam viderit hoc est corruptionem.

Semel loquutus est Deus. Psalm. 61.

Sed miror equidem, & summopere miror hoc quomodo verum sit aestimandum, cum plurimis in locis in ueteri scriptura, & noua contrarium inueniatur. Ecce, quod scriptum est in testamento veteri: Et uocauit Dominus Adam non ne etiam loquutus est ad Cain, ad Noe, ad Abraham, ad Isaac, ad Prophetas omnes? Vnus erat Moyses pluries tamen ad eum loquutus est. Deus, & vt me expediam paucis audi, quid dicat Paulus. Multifariam, multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis. Apostolis etiam (vt ad noui ueniam testimonium testamenti,) & sanctis omnibus etiamsi non uoce sonante per nubem in corde: tamen, quinimò, & auribus ubi eorum Magister

verus

verus Deus erat: loquutus fuerat. Quid est igitur semel loquutus est Deus? Quinimò is, qui dixerat semel loquutus est Deus, pluries esse loquutum demonstrat: Audiat (dicebat) quid loquatur in me Dominus Deus meus: quoniam loquetur pacem in plebẽ suam. Et (vt fortius arguam) postquam dixerat semel loquutus est Deus, mox addidit duo hæc audiui.

Responsio.

Apud se semel loquut' est De' quia vnum verbum genuit.

Admirabilis quidem quæstio: Ea tamen in Psalm. 6 1. enarratione faciliter soluit, & doctissimè diuus Augustinus. Apud se semel loquutus est Deus: quia vnum verbum genuit, cum hominibus autem multifariam. Sed cum semel loquutus sit Deus, cur dixerat duo hæc audiui. Altera est quæstio eam tamen silentio non præteribo cum contrarietatem aliquam, & in sermone videatur oppositionem ponere. Semel loquutus est Deus duo hæc audiui, quid est hoc? Plura audiuit, plura ex æterna uerbi generatione cognouit: sed omnia dicere non debebat. Ideò dicit duo hæc, quæ autem sunt ista? consule Augustinum, potestatem, & misericordiam; potestatem: quia omnia per uerbũ illud facta fuerũt misericordiã; quia ipsamet oĩa per eiusdẽ verbi passionẽ fuerãt redẽpta.

Appone

Appone iniquitatem super iniquitatem. Pſalm. 68.
Tametſi verba iſta prophetizando potius, quam blaſphemando coram Domino expoſuerat Pſaltes: contrarietatem tamen quandam cum verbis monſtrat Apoſtoli. *Nunquid iniquitas eſt apud Deum? abſit.* Cum igitur det nemo, id quod non habet quam iniquitatem ſuper iniquitatē apponet Deus?

Lector, quæſo ne mireris. Malum autem apud Deum minus, nec Deum legitur quandoque malum feciſſe, & tamen dicitur non eſt malum in Ciuitate, quod non faciat Dominus: ſicut ergo non effectiuè, ſed permiſſiuè malum à Deo; ſic etiam & iniquitas, non enim vulnerando, ſed non ſanando iniquitatem ſuper impiorum iniquitatem apponit Dominus, cum vulneratum impœnitentem inſanabilem permittat: ſic rei veritatem dilucidat Pater Auguſtinus.

Reſponſio.

Non vulnerando ſed non ſanando apponit Dominus iniquitatem ſuper iniquitatem.

In Pſalm. 68.

Coram Patribus eorum fecit mirabilia. Pſalm. 77.
Diſcipulos autem, & Iudæorum turbas cū doceret Dominus, & humilitatem, & veritatem doceret Nullum ab ijs Patrem tenendum demonſtrat illo dumtaxat excepto ad quem ex eiuſdem præcepto quotidie dicimus. *Pater noſter, qui es in cœlis.* Et Pa

trem (inquit) vobis nolite vocare super terram: Vnus est enim Pater vester, qui in cœlis est. Oppositum igitur præcepto Domini in Psalm. illo 77. posuerat Propheta, qui Patriarchas, & Prophetas patres nominat, dicens. coram patribus eorum fecit mirabilia.

Responsio. In Psalm. 77.

Sed, quod hoc non sit oppositum patrum distinctio demonstrabit, quam Augustinus ponit. Pater est, à quo in æternam vitā regenerantur homines, hic vnus est, pluralitatem nescit, Deus iste est, ipso igitur excepto nemo inter homines sic pater dicatur, Gratia autem honoris propter ætatem, curamq; pietatis plures patres dicere non est inconueniens. Audi Paulum. Honora senes tanquam personam patris: cum patrem iusserat Dominus neminem præter cœlestem in terris nos dicere: cur semetipsum Corinthiorum patrem appellat? Non vt confundam vos hæc scribo, sed vt filios meos charissimos moneo: vt gratia Dei, qua in æternam vitam regeneramur Naturæ, vel potestati, aut hominum sanctitati non tribuatur. Illud dixerat Dominus non, ut hoc vocabulum honoris humani de loquendi consuetudine tolleretur.

Vnus Pater a quo in eternam vitam regeneramur.

Plures causa honoris.

Et multum

Et multum misericors omnibus inuocantibus eum. Psalm. 85.

Sed quod non omnibus Dominum inuocantibus sit misericors ostendit sapiens Prouer. 1. Tunc inuocabunt, & ego non exaudiā.

Istud autem, quod omnibus oppositum videtur, soluitur faciliter secundum Augustinum. Misericors Dominus, & in tantum misericordia repletus: vt scriptura eiusdem Prophetæ dicat Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam; & alibi misericordia Domini plena est terra, & in omnibus eum inuocantibus misericors in ipsis tamen, qui ab ipso talia petunt, quæ animæ non impedunt salutem. Neque sine misericordia Deus, qui ipsum inuocantes quandoque non exaudit: Quia quando non exaudit, tunc exaudit Non exaudit ad voluntatem: quia contra rem suam facit. Et tunc verum est, quod dicitur. Tunc inuocabunt, & non exaudiam: sub intellige ad voluntatem: sed exaudit ad sanitatem, quia multum misericors omnibus inuocantibus eum.

Responsio.

In Psalm. 85.

Misericors Deus inuocantibus est ad salutem, sed non contra salutem.

Non semper exaudit ad voluntatem.

Lætetur cor quærentium Dominum, & confirmamini quærite faciem eius semper. Psalm. 104.

Contrarium tamen hortatur. Esaias 55. Dominum hortatur etenim quærentium ad certum tempus non autem semper sicut Propheta. Quærite (inquit iste) Dominum dum inueniri potest: si ergo quæsitus est dum inueniri potest, cur dictum est? quærite faciem eius semper? An & inuentus arte quærendus est.

Responsio.

Incomprehensibile est, quod quæritur sic (ni fallor) respondendum iudico inuenitur, tamen: sed quia cessandum non est (vt dicit Pater Augustinus) quandiu in ipsa incomprehensibilium rerum inquisitione proficitur, & melior, meliorq; fit quærens tam magnũ bonum, quod & inueniendum quæritur, & quærendum inuenitur. Ideò semper quærendum Dominum admonet Propheta. Seu dicẽdum post mortem Nemini datum est Dominum quærere: recipiet tunc vnusquisque propria corporis, quæ gessit, dum igitur viatores sumus quæramus Dominum; tunc: n. inueniri potest ipse. Tempus igitur præsentis vita est illud dum, quod nominat Esaias, & illud semper, quod dicit Propheta, & sic nulla oppositio.

In 14. de Trinitate.

Dum adhuc viui sumus quæramus Dominum, quia inueniri potest.

Quærite faciem eius semper viatores.

Psalm. 109.

Iurauit Dominus, & non pœnitebit eũ.

Sed

Sed dicet fortasse aliquis. Exemplum dedit nobis Dominus, ut quemadmodum ipse fecit: ita, & nos faciamus. Iurauit Dominus, iurare ergo possumus, & nos: cur ergo iuramentum nobis prohibens Dominus dixerat. Nolite omnino iurare.

Responsio.

Equidem putarem dominum dicentem. Nolite omnino iurare. Nihil aliud velle dicere nisi. Nolite periurare, seu in iuramento promptiores esse. Si enim nobis iuramentum prohiberet falsum esset, quod alibi dicebat Propheta. Rex vero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes, qui iurant in eo, & prohibitum esset etiam, quod hominibus in iudicium ab interrogantibus Iudicibus præponeretur, consuetudinem iurandi habet homo: potest igitur lingua in periuriũ prolabi faciliter. Ideo bene prohibetur iurare, scilicet absque necessitate, uel &c. Nescit autem periurium dominus: Ideo ipsi iurandi nulla prohibitio, cum eius Iuramentum firmamentum, quoddam stabile sit, & permanens. Ideo scriptum est iurauit Dominus. Hoc est firmauit Dominus.

Nolite iurare. i. nolite periurare, seu iuramento prõptiores esse.

Omnis homo mendax.

Psalm. 115.

Sermonis autem huius interpretationem ponit

nit Augustinus. Omnis homo mendax, omnis homo peccans, etiam huic ponit sententiae concordare, quod scriptũ est in 1. Ioã. 1. si dixerimus, quod peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & veritas non est in nobis. Sed idem Ioannes in 1. c. 3. contrarium ponit. Qui natus est ex Deo non peccat. sic ibidem legitur. Ponatur igitur aliquis cuius sit natiuitas ex Deo non erit ipse peccator secundum Ioannem. Ergo si is dixerit peccatum non habeo falsum non dixerit, & veritas non erit in eo contrarium tamen dixerat supra :-

Responsio.

Augustinus autem vbi supra propositioni Ioannis hunc dat intellectum. Qui natus ex Deo, dúm in illa sola permanserit natiuitate non peccat. At quia adulti carnis concupiscentijs, & mundo adhaerentes in illa non ita permanent: vt ab ea saltem venialiter non aberrentur, Idcircò Ioannes contrarium dicens expresserat, & illud si dixerimus: quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas non est in nobis.

Qui natus est ex Deo non peccat dum in illa persistat natiuitate.

Omnis igitur q. in illa non permanet peccator, & si secus dixerit falsum loquitur.

Psalm. 118.

Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eã semper.

Apostolus

Apostolus autem. 1. Timo. 1. Iusto (dicit) non est lex posita, sed iniustis, & non subditis: de istorum vero numero non erat Dauid, qui prima huius conciliationis protulerit verba: qui enim dixerit viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meũ, iniustum illum, & Domino non subditum esse minus est credendum. Si ergo iusto, & isti non est lex posita quomodo id verum est, quod dicit, & à Domino petit: vt legem sibi Dominus ponat?

Optimam ponit Augustinus similitudinem, qua apposite rei solutionem innuit. Si tit aliquis, poculum plenum tenes, sitienti dare incipis. Haurit bibendo, & pascit desiderando. Iustus erat Dauid: legem tamen optabat: sed non illã, qua iniustus iustus efficitur: sed eam, qua iustus proficit, non illam, qua olim populo, contumaci in tabulis lapideis dabatur: sed ea, qua ad proficiendum utitur quisque.

Responsio. In Psalm. 118.

Legem pone mihi Domine ad ꝓficiendum.

Iusto non est lex posita sicut iniustis, & non subditis Domino.

In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui.

Psalm. 118.

Inania autem hac verba Impij iudicantes non solum illis opposita censerent ab Apostolo iam dictis. O altitudo diuitiarum sapiẽ-

tiæ, &

tiæ; & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius: Sed ijs etiam, quæ paulò ante in superiori versu dixerat idem Propheta. Doce me iustificationes tuas. Quo pacto igitur enunciauit omnia iudicia oris eius, qui vult adhuc discere iustificationes eius? Inscrutabilia Dei sciebat, & ea, quæ hominibus præcipit facienda nesciebat: non ne hoc mirabilius?

Responsio.

In labiis meis, &c Te Deo id mihi concedente.

Mirabile quidem: quia Dei opera sunt, quæ mirabilia sunt, non autem uana, vt Impij dicerent. Nam iudicia Dei, quæ sunt incomprehensibilia apud homines (vt Paulus innuit) Dei auxilio hominibus manifesta fieri possunt. Nec tamen sibi contrarius Propheta quando dixerat. Doce me iustificationes tuas. Illa enim iudicia Dei, quæ ex eius concessione sciebat, & memoria retinebat: discere uolebat faciendo, & non memoria retinendo.

Psalm. 118.

Non enim, qui operantur iniquitatem in vijs eius ambulauerunt.

Difficilis quidem quæstio ex his uerbis exoritur, quomodo possint sancti esse in hac uita, qui peccatum ignorent (isti enim sunt, qui

qui non operantes iniquitatem, idest peccatum in vijs Domini ambulabant:) quia, & illud verum est: si dixerimus; quia peccatum non habemus nos ipsos seducimus, & ueritas non est in nobis.

Sed difficilem quæstionem faciliter soluit Pater Augustinus concupiscentia est in nobis. quæ nobis nolentibus nihil nisi illic ita operatur desideria, concupiscentia ista peccatum dicitur, quia peccati (ni fallor) Mater est, si dixerimus, quia istud non habemus peccatum veritas in nobis non est: si autem nos operamur iniquitatem illi peccato, quod in nobis est assensum præbendo, Tunc in vijs Domini nequaquam ambulamus, & sic nulla oppositio.

Responsio.

In Concione 3. in Psalm. 118.

Non qui operatur &c. peccato illi, quod est in nobis assensum ꝑbendo. Si dixerimus, q; peccatum nō habemus hoc est cōcupiscentiam, q̃ peccatum operatur, seu actitudinem ad peccatū dicit.

Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ; filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.

Psalm. 127.

Quam bona igitur sit viri uxor ex his verbis facile est videre. Dominus tamen vxoris regni cœlorum acquisitione impedimentum considerans, præterquam quod in Euangelio dixerat: Si quis vult venire post me, & non odit Patrem suum, Matrem suam, vxorem, filios, fratres, & sorores, adhuc

autem, & animam suam non potest meus esse discipulus. Dicit etiam alibi. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum. Ex quibus uidetur verbis, quod innuat Dominus à coniugio futurum absentem hominem ad Ianuas cœlestes ingredi volentem.

Responsio.

Sed cum ex dictis in septima conciliatione huius quæsiti pendet solutio pertransibo. Ibi enim dicitur sicut, & hic etiam dici potest, & est quod responsione est dicendum. Quod quando vxor viro impedimentum ad Dei gloriæ acquisitionem relinquenda est, si minus autem diligenda: dico tamen illud veritatem non sapere, quod pro verborum Domini expositione dicebatur. Hominem ad cœli ianuã, ingredi cupientem futurum absentem a coniugio: Sed quia cœlestis gloriæ acquisitione melius est viro non nubere: idcirco dicit. Sunt Eunuchi, qui se castrauerunt propter regnum cœlorum.

Sũt Eunuchi qui se castrauerunt, &c. vt cœlorum regnum faciliter ingrediantur.

Psalm. 138. Non ne eos, qui te oderunt Domine oderam.

Sed vbi est illud. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros. Sic igitur contraria odio est dilectio, ita & contrarium ad

inuicem proponens iam dicta demonstrant; & cum Veritas, quæ dilectionem in mandato præceperat falli nō potest Prophetæ dictū minus erit obseruandum: cum odium à diuina lege non amouendum proposuerat.

Sed duplicem ad dicta responsionem dantes contrarietatem omnem auferemus, & dicta inter se diuersa sedabimus. Prima est, quod Propheta non dicit odio habere inimicos suos, sed inimicos Domini, peccatores videlicet, qui propterea odiendi sunt. Altera, quæ communis est, quam intelligimus supra hac est: vt culpam inimicorum. Odientes (vt intendebat Propheta) eorum naturam (vt præcipit Dominus diligamus. Responsio. Oderam eos qui oderant te, sed non me. Et culpam non Naturam oderā.

Omnis spiritus laudat Dominum. Psalm. 150.
Sed dicto huic vltimo, quod suis in Psal. dixerat Propheta videtur oppositum, quod Ioannes dixerat. 1. cap. 4. Omnis spiritus, qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo non est. Qui non est me cum contra me est, dixerat aliàs Saluator. Si aliquis est spiritus, qui ex Deo non est contra ipsum est, quomodo igitur Deum laudabit, qui contra Deum est.

Huic quæsito respondet Augustinus. Om Responsio.

Inde verbis Apostoli ser. 32.
Error, qui a spiritu procedit, q confitetur Christum non venisse in Carne à Deo non est.

nis spiritus a Domino est, igitur laudare potest Deum: spiritus autem, qui non confitetur Christum in carne venisse ex Deo non est. Sed error, qui à tali spiritu procedit non est á Deo, & ideo non potest laudare Deum, à se autem si spiritus ille amoueat errorem istum laudare potest Deum.

Prouerb. 6.

Vade ad formicam ò piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi: ut congreget in messe, quod comedat. Hanc tamen hominum prouidentiam ab hominibus abstulit Saluator in his verbis, quibus discipulos monuit, & docuit de crastino nõ cogitaturos. Scriptum est sic. Matt. c. 6. Nolite cogitare de crastino.

Responsio.

Spiritualiter intelligendum est dictum Salomonis.

Ego quidem sic quæsito satisfaciendum putarem ei, quod scriptum est in Euangel. Tunc contrarium æstimandum, quod legitur in Prou. Si vniuersalis esset ad homines huiusmodi loquutio, ut sicut pigris ita omnibus diceret: Vade ad formicam homo: sed cum ad pigros sit sermo, qui prouidentia carent totaliter, & ad perfectos sit sermo domini, quibus necessaria ad victum de ratione

tione debentur oppositio in illis locum non habet.

Spiritualiter autem (respondet Augustinus) intelligendum est dictum Salamonis non sic ad literam: vt circa rerum, & bonorum omnium temporalium augmentum curiosos doceat homines; vade ad formicã piger: vt quemadmodum illa æstate colligit vnde in hieme pascatur. sic vnusquisque. Christianus in rerum tranquillitate, quam significat æstas colligat verbum Dei: vt in aduersitatibus, & tribulationibus, quæ per hiemem significantur habeat vnde spirituali ter viuat.

Contra Adimantum.

Quis potest dicere mundum est cor meũ. Iuxta hunc sensum sermonem dixerat in Prouerb. Salamon, vt cuilibet ostendat cordis mundiciam impossibile? sed quod hoc non sit impossibile monstrat Dominus, qui in Euang. dixerat. Beati mundo corde, quod vtique si quod dixerat Salamon verum æstimabitur falsum extiterit, & nemini beatitudinem inesse cognouerimus.

Prouerb. 20.

Sed huius sententiæ veritatem electorum numerus doceat, prioris propositionis intellectum iuxta mentem Augustini operæpretiũ est uidere,

Responsio.

Inde perfectione & iustitia. Tom. 7.

Nemo occulta sua cognoscit iõ dicit quis potest dicere,&c.

est uidere Rex, qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum consilio suo. Hoc praecederat ante dictum: Necessariò igitur illud dixerat. Quantalibet enim iustitia esset praeditus homo cogitare debet, ne aliquid in illo, quod ipse non uidet inueniatur esse culpandum. Nemo igitur potest dicere. mundum est cor meum: quia occulta, per quae cor minus mundum redditur aliquando ipse non uidet; potest tamen cor mundum habere.

Non quod cor mundum nõ possit haberi.

Sapien. 1.

Quoniam Deus mortem non fecit, nec laetatur in perditione uiuorum.
Sibi autem Salomon uidetur contradicere si enim & istud uerum est, quod dixit, quomodo uerum erit illud, quod in Ecclesiast. posuerat. c. 2. Bona, & mala uita, & mors. paupertas, & honestas à deo sunt.

Responsio.

In quaest. ex vet. testam. 74.

Ad hoc dicitur ex mente Patris nostri, quod Deus mortem non fecit effectiue, & ut inuentor ipsius mortis. Istius enim auctor nõ est Deus: sed peccatum fuit Iudicatiuè autem Mors à Deo, quia, ut iustus Iudex mortem, diuinam legem suam non obseruantibus est minatus.

Effectiue Deus mortem non fecit.
Iudicatiue Mors à Deo est.

Sapien. 5.

Sol non ortus est nobis Sol autem omnibus

bus oritur semper. Domino dicente in Euang. per Matth. Qui facit solem suum oriri super bonos, & malos contrarium est igitur ei, quod hic dicitur auctoritate supra notata.

Nulla autem contrarietas apparebit. si in dictis diuersis, diuersi intelligantur soles. solem suum, quem nobiscum Muscæ, & pecora solem (inquam Planetarum omniũ splendidissimum oriri facit super bonos, & malos. Ille autem Sol, per quem factus est Sol, & à quo lumen Sol recipit, Sol (inquam) spiritualis, lumen illud indeficiens, & qui lucem inhabitat inaccessibilem, quem qui sequuntur in tenebris minus ambulant Christus Saluator noster, & Redemptor omnibus non ortus est; quia impijs, impietate perseuerantibus iste Sol non oritur. Responsio. Sol materialis omnibus oritur. Spiritualis, qui est Christus non oritur impijs in impietate perseuerantibus.

Nihil odisti eorum, quæ fecisti. Sapien. 11.

Sed enitendum est hoc loco istud uidere, quomodo uerum existimabitur: cum Roman. 9. oppositum dicat Apostolus. Esau odio habui si enim idcircò, eum odio habebat Deus: quia uas factum erat in contumeliam, quomodo; nihil odisti eorum, quæ fecisti.

Nodum soluit Augustinus. Duo in hom- Responsio.

min

Culpam odit Deus. *mine consideratur culpa, & Natura;*

Naturam diligit Deus. *odit culpam Deus: quia ab ipso minus facta est; diligit Naturam: quia ab ipso est.*

In quæstio. 2. in libro ad simplicium. *Igitur cum dicitur Deus odit Esau, eius culpam Deo odibilem respexit Apostolus: non eius Naturam:*

Ecclesiast. 5. *Ne tardes conuerti ad Dominum, & non differas de die in diem: subito enim tibi ueniet ira Dei.*

Secus autem Ezecchielem dixisse uidetur c. 18. Et cum auerterit se (dicit ex parte Domini) impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit iustitiam, & iudicium ipse animam suam uiuificabit. Quid sibi uult illud cum, nisi ex quacunque hora: ut etiam quisque sic dicere consueuit?

Responsio. *Ex Augustino tamen talis colligitur responsio: ut in dictis nulla uideatur controuersia, seu oppositio sententia Ecclesiastici, & si prius dicta; quam illa inueniatur Ezecchielis: istius tamen ultima declaratio quædam est: ut dicatur. Ne desperes peccator, age peccatorum tuorum pœnitentiam ex quacunque enim hora ingemueris peccata tua ipsorum Dominus obliuiscetur. Sed (ecce quam diximus huius sententia declaratione) ut stare*

In de verbis Domini sermo ad Ioannem.

Vt stare possis tuto ne tardes conuerti ad Dominum nō quod tarda conuersio sit damnanda.

vt stare possis in Luid: ne tardes conuerti ad Dominum. Nemo enim tibi cras promisit sic profectò intelligendum est, non quod ex verbis illis magnus Domini Propheta tardam damnaret pœnitentiam.

Quoniam initium omnis peccati Superbia. Ecclesiast. 1.

Directè autem Ecclesiast. sententia ista illi opponitur, quam ad Timot. dixerat Apostolus. Radix omnium malorum est auaritia. Ex radice vtique planta uiuit: ipsa enim arida in Arboris ramis omnies necessariò consequetur, ariditas, & ipsorum vita priuatio. Radix igitur plantæ rectè principiū dicitur. Ergò cum Auaritia omnium peccatorum radicem nominet Apostolus, peccatorum quoque initium appellat.

Responsio.

Sed Beati Ioannis Epistolam exponens Pater Augustinus rem sic declarando dilucidat. Initium omnis peccati Superbia, Radix omnium peccatorum Superbia. Et cum dicitur. radix omnium malorum auaritia nihil contra rem. Nam in superbia auaritia inuenitur: nihil enim est auarum esse, quàm progredi vltrà, quàm sufficit, quod superbi proprium est, sic fecit Adam, qui licet per superbiam peccauerat: nihil

Tractatu 8. Tegmus.

Initium omnis peccati superbia quia in ea auaritia inuenitur sicut fecit Adam eo enim nihil auarius cui Deus sufficere non potuit.

M tamen

tamen ipso auarius, cui Deus sufficere non poterat.

Ecclesiast. 15. *Si volueris conseruabis mandata mea.* *Istud autem, nec dum illi videtur oppositum, quod in Ezechiele narratur 36. Faciam, vt in praeceptis meis ambuletis: sed illi quoque videtur contrariare sententiae, quam ipsemet Iesus Sirach filius ibidem posuerat in c. tamen 22. Quis dabit in ore meo custodiam, & super labia mea signaculum astutum ne forte cadam ab eo, & lingua mea perdet me? si verum est, quod dixit. Si volueris conseruabis mandata mea, quare in ore suo dari custodiam quaeritur.*

Responsio: In de gratia, & libero arb. 10. 7. Si volueritis, &c sed voluntas, vt mandata seruet à Domino praeparatur ideo a Domino istud petimus.

Ad quaesitum sic respondet Augustinus. Certum est (inquit) si volumus nos mandata seruare potentes: sed quia voluntas praeparatur à Domino ab illo petendum est: vt tantum velimus, quantum sufficit: ut volendo faciamus.

Ecclesiast. 24. *Qui edent me adhuc esurient, & qui bibent me adhuc sitient.*

Dei autem sapientiam per Iesum istum Doctorem maximum, & Prophetam Eccle. dilucidatorem, & auctorem similia verba

proferentem per Iesum Christum omnium supremum mundi Saluatorem, & Redemptorem. Ioann. 4. secus dixisse narratur, & scribitur. Qui bibunt ex hac aqua non sitient in aeternum. De eodem igitur fonte bibere, & sitire, & non sitire si temporum oppositionem non auferat diuersitas contrarietatem demonstrabit.

Responsio. Tollet vtique oppositum, quod cum temporum differentia sic dicta exponendo. Viatores, qui edunt Dominum, & bibunt Dominum esurire possunt, & sitire, & esuriunt, & sitiunt: comprehensores autem in Patria iam existentes, amplius non esuriunt, neque sitiunt. Melius tamen pro concordia res exponenda ex mente Augustini: Qui bibunt ex hac aqua non sitient in aeternum de comprehensoribus hoc dici potest: quia in patria semper vera saturitate in gloria existente sunt repleti. Qui edunt me adhuc esurient: quia saturitas illa insatiabilis nullum fastidium generabit, semper esuriemus semper saturi erimus.

In de tempore sermon. 49.

Qui edunt me adhuc esurient, quia Beatorum saturitas insatiabilis absque fastidio.

Qui bibunt ex hac aqua non sitient, quia in patria vera saturitas.

Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum. Esa. 6.

Sedere autem, & stare aliquem simul, &

 semel

ſemel cum repugnent, ad inuicem illi videtur opponere, quod Eſai. protulit, quod Stephanus dicebat Act. 7. Stephanus vidit Chriſtum ſtantem.

Reſponſio. *Domini autem ſeſſionem ſi ſic intelligas quemadmodum intellexerat Auguſtinus nulla quidem in dictis locum habebit contrarietas. Aſcendit in cœlum ſedet ad dexteram Dei Patris: quid eſt ibi ſedere: ibi habitare Sedes enim dicitur, vbi quiſquam habitat, hac igitur expoſitione ſtante ſeſſio, quam ponit Eſai. ſtationi, quam inpuit Stephanus non repugnabit.*

In de tempore ſerm. 119.

Vidi Dominum ſedentem, ideſt habitantem, & ſic non repugnat Stephano, qui dominum dixerat ſtantem vidiſſe.

Eſa. 6. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum, & eleuatum.*

Inuiſibilem autem Dominum præter quam quod experientia nos doceat, & verbum ipſius ad Moyſem: Poſteriora mea videbis, faciem autem meam nunquam videbis Apoſtoli verba ad Timot. 1. capit. 1. clariſſime demonſtrant. Regi ſeculorum immortali, & inuiſibili. Quem igitur inuiſibilem prædicant omnes, qui fieri poteſt: vt hominis intuitu Eſaiæ aſpiceretur?

Reſponſio. *Credere autem id quod corporeis oculis inuiſibile redditur, in ſpiritu ſe poſſe viſibi-*

lem

lem alteri præstare non est difficile. Vidit igitur Esaias Dominum sedentem super solium: sed spiritualiter vidit: non corporaliter. Oculis enim corporeis omnibus inuisibilis est Deus.

Dominum vidit sedentem sed spiritualiter.

In terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini. Esa. 26.

Zacch. autem 12. dictum. Ioann. 19. contrarium ponit videbunt (inquit) in quem pupugerunt: Quomodo igitur non videbũt, si in quem pupugerunt, videbunt?

Nodum soluit Augustinus. Ante Iudicem Dominum congregabuntur omnes gentes. Omnes gentes igitur videbunt Dominum, boni homines, & iniqui hac tamen differentia, quod omnes Deum videbunt non in forma serui: sed in forma Dei: sed Dei gloriam, Dei claritatem impij non videbunt: ipsum tamen Iudicem, minantem, & punientem obseruabunt. Iusti autem, & Electi, & Iudicem habebunt Dominũ, & ipsius gloriam videbunt. Non uidebũt igitur impij gloriam Domini cum ipsa gloria priuentur, sed bene videbunt Dominum.

Responsio. In Psal. 109.

Et non videbit Domini gloriam impius. Sed bene videbit Dominum.

Ego Dominus, & non alter formans lu- Esai. 45.

cem,

cem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum.

Cui etiam concordare videtur id quod in Amo. legitur cap. 3. Si erit malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus? sed cum Arbor bona bonos fructus faciat, ex Dei bonitate malum procedere videtur impossibile. Contrarium ergò faciunt Prophetæ ei, quod in Euang. scriptum est. Non potest Arbor mala bonos fructus facere.

Responsio. Sed malum quomodo fiat, & procedat à Domino, sicuti omnibus manifestum est Theologis, sic etiam & alijs declarandum proponitur. Effectiuè malum à Domino minus procedit. Non potest arbor bona malos fructus facere; permissiuè autem vtiq; procedit; permittit enim (vt quotus quisque sapiens benè norit) mala omnia Dominus, quia ex his bonum eligere noscit, seù à Domino malum pœnæ procedit non culpæ, quod malum alijs, & si dicitur bonum potius iure dicendum est, cum in eo splendor diuinæ Iustitiæ appareat.

Permissiue, & nō effectiue à Deo malum est.

Malum pœnæ nō enim culpę à deo procedit.

Esa. 53. Et dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua eo, quod iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius.

De

De Iesu Christi futura passione propheti Zas Esaias dicit dominum (ut audistis) peccati, omnis, & doli nescium, & ignarum. contrarium tamen dicit Apostolus 2. Corin. 5. eum, qui non nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit.

Malum profecto nostris auribus sonum verba reddunt Apostoli: si ad literam tantũ intelligantur dicti autem eiusdem meminisse necessarium est, in quo dicitur litera occidit: spiritus autem viuificat: spiritualiter igitur verborum intellectum si (ut decet) attendat quispiam dulcis ipsorum efficietur sonus de persona Patris loquitur Apostolus, hæc dicens. Pater, qui peccatum non nouerat, sicuti agendo cognoscunt homines fecit eum, scilicet Christum, eius filium, & eiusdem substantiæ, peccatum pro nobis, idest eum pro peccatis obtulit: Hostia enim legis pro peccatis oblata peccatum nuncupabatur. Sic oppositioni huiusmodi satisfaciendum putat Augustinus.

Responsio.

Deus Pater fecit Christum peccatum pro nobis hoc est pro peccatis nostris in cruce hostiam offerri voluit.

In quæst. ex nou. test. tom. 4.

Iacob genuit Ioseph uirum Mariæ de qua natus est Iesus, qui dicitur Christus. Orbis totius Seruatoris generationem describens Matth. cap. 1. Iacob (ut notat Au-

Matth. 1.

ctoritas

ctoritas allegata) Ioseph genitorem ponit; De eodem tamen Ioseph verba faciens Lucas Christi scriba doctissimus aliter dicit Ioseph, videlicet filium fuisse Heli quomodo ergò uerum est Ioseph duos potuisse patres habere?

Responsio.

Augustinus ad hoc respondet. Iacob fratris Heli filius fuit Ioseph uxorem enim duxerat fratris sui mortui, ut eius semẽ secundum legem suscitasset. Heli uerò filius fuerat adoptiuus non, quod Heli ipso uiuente eum sibi in filium adoptasset, sed lex, quæ filios etiam mortuis adoptabat ipsum adoptauerat:

Lib. 2. retracta. Tom. 1.

Heli filius adoptiuus secundũ legem non quod ipsum adoptasset Iacob naturalis.

Matth. 3.

Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me.

Vix in Iordanem uenerat Dominus à Ioanne uolens baptizari: cum eius præcursor Dominum prohibebat, indignum se existimans sanctum hoc in Domino exercere ministeriũ humillimus seruus. Mirum igitur uidetur cur iste, qui dominum cognoscens dominum nolebat baptizare: nescire dominum (dicat alias) prout scriptum est, in Ioan. c. 13. Qui prior me erat, & ego nesciebam eum, Nec dum Euangelista iste sibi contrariantur:

tur: sed in Ioan. c. eod. Ipsemet Ioannes sibi videtur oppositus, is enim qui dixerat, & ego nesciebam eum paulò superius dixerat quoque: Ecce Agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi; & infra post me venit vir, qui ante me factus est. An non videtur contradictio in opposito, vt alicuius magnalia, & qualitatem prædicet quis, qui eũ minus cognoscat?

Eleganter plura, & doctissimo, & dulcissimo quidem stylo super huius quæsiti solutionem ponit Pater Augustinus. Nos autem breuiter more nostro quæsitum soluentes dicimus cum Patrem Augustinum Ioannem se vtique nosse à Domino baptizandum fore, & quod Dominus erat, & quod ueritas erat: sed eum baptizandi sibi potestatem auctoritatiuè retenturum, & nulli seruo eam daturum non dum nouerat: secundum hoc ergo dixit, & ego nesciebam eum. Responsio. In tract. 5. expositionis in Euang. Ioannis. Nouit Dominũ Ioannes, sed qđ ipse solus haberet potestatem baptizandi non nouit.

Diligite inimicos vestros benefacite his. Cui etiam præcepto verba concordant Apostoli Rom. 12. Benedicite, & nolite maledicere. Sed quæ ad Corin. scripserat. 1. cap. 12. Reddet illi Dominus secundum opera illius, & ad sacerdotem maximum Matth. 5.

Ananiam dixerat Act. 23. Percutiet te Deus paries de albate, & multa alia supremis dictis diligenter, & sobrie considerantibus videntur adversæ. Quinimo, & ipse Saluator sibi ipsi videtur oppositus. Nam qui semel sic discipulus praeceperat praeterquā quod ijsdem alias praeceperat. In vias gentium non abieritis, verbis etiam proprijs Capharnaum maledicens dixerat, væ tibi Capharnaum, væ tibi Corozaim.

Responsio.

In de serm. Domini in monte.

Sed propositam quæstionem Augustinus soluit faciliter. Dominus enim (dicit ipse) Apostolis per imprecationem: quod esset futurum cecinerat: non optantis voto, sed spiritu prævidentis. Non cum ait Dominus væ tibi Capharnaum, aliud sonat, nisi aliquod malum eventurum merito eius infidelitati, quod futurum dominus non malevolentia optabat: sed diuinatione cernebat. Et Apostolus non ait, reddat: sed reddet illi Dominus iuxta opera eius, quod verbum pronunciantis est, non imprecantis. Sic etiam & prophetice dictum fuit illud ad Ananiā Percutiet te Deus paries de albate. Tu iudicas secundum legem, & cōtra legem iubes me percuti.

Reddet illi Dominus &c. Verba prophetice dicta per imprecationem nō voto optantis, sed spiritu prævidentis.

Orate

Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Matth. 5.

Attamen aliquos etiam pro quibus nos orare non deceret. 1. Ioann. 5. manifestatur. Est autem peccatum ad mortem non pro illo dico: vt roget quis; Ioannes ergò Discipulus Domini dilectissimus de cuius pectore fluenta emanant Euang. Cui suprà Domini pectus recumbenti Domini fuerunt secreta manifestissima Dominicis verbis erit oppositus. Miranda quidem res, vt qui discipulos suos Christi sequaces charitatem continuò docuerat: ità vt eiusdem praecepti frequentia admirantes ipsum interrogauissent Magister quare hoc semper loqueris? Et dignam ipso sententiam respondere dixisset: Quia praeceptum Domini est, & si solum fiat sufficit charitati postmodum inueniatur, contrarium: vt pro aliquibus orare non nobis sit praeceptum ostendat.

Difficilis quidem quaestio insolubilis autem nequaquam. Duplex peccatum. aliud, quod non est ad mortem; & ideò pro eis orare nobis praecipit. Si autem ad mortem peccauerunt, vt post agnitionem Dei per gratiam Domini Nostri Iesu Christi fraternitatem oppugnauerint, & aduersus ipsam Responsio. Orandum est pro his qui ad mortem non peccãt.

 gratiam,

gratiam, qua reconciliati sint Deo, & fa-
cibus inuidentia agitantur: vt sint finales
in pœnitentia pro ipsis dicit Apostolus. Ioan-
nes non oret aliquis.

Matth. 5. Vos estis lux mundi: non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Discipulis loquutus fuerat Dominus quos (vt in Matth. licet uidere, & modo in hoc versu legistis, & considerastis) Mundi lumen appellat Dominus: Quod etiam tribuit donum præcursori Ioanni Baptistæ. Ipsum enim lucernam ardentem prædicat, & lucentem: sic enim dicit in Ioann. cap. 5. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed hoc dico: vt salui sitis: Ille erat lucerna ardens, & lucens. Mundi autem lumen si is credendus est à quo, & corporalia, & spiritualia lumina omnia ortum sumpserunt de quo, & in Ioanne dicitur: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris: non erit uidere quomodo, & cum illo, & alij quæq; mundi dicantur lumina? Quinimò & pars vltima in qua ardentem lucernam inuenimus Ioannem nuncupatum illi erit opposita,

posita, quæ habetur in Ioanne cap. 1. Ibi enim de ipso sic dictum est, Non erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine.

In his autem scripturis, quod nulla sit iudicanda contrarietas sensus demonstrat. A sole stellæ, & luna lumen capiunt, nec in eius comparatione lumina dici possent: attamen, & stellæ, & luna lumina appellantur. Sic de Ioanne, & discipulis Domini dicendum est, quod habent lumen à domino, & in comparatione domini non erat Ioannes nec sunt discipuli lux lux (inquam) à qua cætera lumina splendorem, & lumen accipiunt. Spiritualia tamen lumina sunt à quibus, qui veré illuminantur a ueri luminis claritate non deficient. Sicut igitur ad alios comparati discipuli, & præcursor Domini, & ad cœcos præcipuè lux Domini; sic in comparatione domini lumina appellari minus possint

Responsio.

In comparatione Domini nõ sunt lux Discipuli.

In comparatione Cæterorum sũt vtique lumina.

Omnis, qui demiserit uxorem suam excepta fornicationis causa facit eam mœchari. Matth. 5.

In quibus uerbis patet clarissime uxorem nec dum odit non habendam: sed potius diligendam, cum eam minus dimittendam

esse

esse Euang. textus proponat contrarium au tem uidetur, quod alibi scriptum dixerat Dominus; vxorem uidelicet odio habēdam nempe ab illis, qui eum sequi peroptarent: contrarium hoc demonstrantia verba sunt ista. Si quis uenit ad me, & non odit Patrem suum, & Matrem, & Vxorem, & Filios, & Fratres, & Sorores adhuc autem, & animam suam non potest meus esse discipulus. Qui igitur fieri potest apud hominem odibilem rem cum qua semel, & semper utrisq; uiuentibus permanere sit necessarium?

Responsio.

Tomo 4. in de serm. Domini in monte lib. 1.

Nodum soluit uerbis quamplurimis Pater Augustinus. Ipsa autem longissima prætermittens uerbis paucissimis solutionem expediam. Ex eiusdem Patris nostri mente nodum sic aperiens, vxorem odiendam hoc est propter regnum cœlorum eiusdem temporalem necessitatem repellendam; non enim (ut rem clarius patefaciam eam sic diligere debemus) ut ipsi bonum temporale potius, quam æternum desideremus.

Diligenda est vxor, sed non ꝑpter temporale commodum hoc enim ꝑpter æternum repellitur, & hoc est odium.

Matth. 5.

Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona. Oppositum tamen dixerat ipsemet Euangelista.

lista.

lista. Attendite, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus: ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem uestrum, qui est in cœlis.

Sed si diligenter uerba pensentur, & fideliter attendantur, quod ibi nulla sit contrarietas manifestum uidebitur: aliter enim est dicere, ut uideamini; & aliter: ut uideant homines; qui bona faciunt non debent uideri: eorum autem opera bona maxime sint uidenda: ut ex his cæteri exemplum capiat.

Hominès bona facientes nō debent videri, opera bona debent videri.

Si quis te percusserit in vna maxilla, præbe ei, & alteram.

Matth. 5.

Ipse autem Dominus, qui sic discipulis faciendum, & obseruandum præceperat à Pontificis famulo percussus sui excessus tempore nec dum maxillam alteram non præbuit sed temerarium illum arguens uiolentiam accusans percussionem dixerat. Si male loquutus sum, ex proba de malo, Si autem bene, quid me cædis? ubi satis expresserat (preterquam, quod id etiam Naturæ expostulant iura) ad sui ipsius defensionem hominem promptum nequaquam fore redarguendum.

Verum ne sibi ipsi contrarius per iam dicta

Responsio.

sta superius aliquibus Dominus uideatur, est dicendum per uerba prima animi promptitudinem ad mala patienter tolleranda Dominum commendare, non sui ipsius defensionem alicui denegare; Si quidem iure naturæ repetere sua quiuis potest, & debet. Nemo enim cogitur cui non vult facere beneficium in. 9 2. can. prætereà; & ideò ad Petrum non dixerat Dominus cum ipso de fraterna correctione verba faciens: Si peccauerit in te frater tuus condona illi debitum: sed uade, & corripe eum offensus igitur, qui ab ipsum percutiente in una maxilla odium ex animo relegat alteri eam maxillam perbibet; sed si coram Iudice de iniuria satisfactionem reposcat, aliquid non facit, quod supradicto contradicat directè.

Si quis te percusserit.

Animi promptitudinem commendat ad iniuriam tollerandam.

Si autem benè quid me &c. seu defensionem nō prohibet.

Matth. 5.

Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Inuisibilem autem Deum Apostolus sacris suis in compositionibus recitat, & demonstrat. Sed Prophetæ omnes, & Euangelistæ, & qui circa sacra uersantur omnes componentes rem aptissimè manifestant. Hic est quod mater nostra Hyerusalem huiusce ueritatis arcana aperiens Sanctorum authoritatibus

tatibus

tatibus decoctata dicere solet Regi seculorum immortali, & inuisibili. Deum nemo vidit vnquam, quem nemo hominum videt. Quem igitur sui natura inuisibilem dicimus quomodo visibilem prædicabimus?

Responsio.

Verum à nobis minus visibilis prædicetur Deus: sed ab eiusdem filio, qui vt supra dixeramus in Matth. similia verba protulit: Beati mundo corde rem intellectu difficilem distinguere operæpretium est. Vtrunque verum est, & Deum esse visibilem, & inuisibilem esse non est inconueniens confiteri. Temporum diuersitates consideret quisque tunc ei rei veritas manifestabitur. Deum nemo vidit vnquam verum est: quia non videbit me homo, & viuet. Præteritum est hoc, futurum est, quod dicitur. Beati &c. In hac ergo uita inuisibilis Deus uiatoribus comprehensoribus autem uisibilis, seu (vt pater Augustinus) notat, quod Deus potest uideri, hoc est intelligi secundum donum gratiæ suæ; siue ab Angelis, siue ab animabus sanctis plenam uero diuinitatis naturã, nec Augustinus quidem, nec sanctorum aliquis perfectè intelligere poterit, & ideò inuisibilis, & incomprehensibilis.

Inuisibilis viatoribus visibilis cõprehensoribus.

Seu videtur hoc est intelligitur p donum gratiæ, & non videtur p Naturam suæ diuinitatis.

Matth. 6. *Orantes autem nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Hanc orandi formam hunc in orationibus Deo directis ordinem discipulos, ac Christianos omnes docuerat Saluator. Apostolus autem Paulus huic uidetur contrariare sententiæ, qui in Thess. 5. inter alia, quæ ad ipsos Thessalonicenses scripserat hoc unũ illis instituit memoriale. *semper gaudete, sine intermissione orate*: quinimò, & ipse Dominus quasi dicto suo contradicens dixerat in Luc. 18. *quia oportet semper orare, & nunquã deficere*: orare.n. semper, & parũ loqui sicut præcipit ipse videtur cõtrarium.

Responsio. Pater Augustinus hanc dirimit contrarietatem, & oppositionem cum oratio sit mentis eleuatio in Deum non solum uerbis, sed desiderio orari potest. Quinimò ideo uerbis oramus Dominum: ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumq; in hoc desiderio profecerimus nobis ipsis innotescamus: aliud igitur est sermo multus, aliud diuturnus affectus: primum prohibet Dominus, & ideo dicit. *Orantes nolite multum loqui*. Secundum concedit; & ideo ipse quoq; erat pernoctans in oratione Dei.

In 121. epistol. Tom. 2.

Sermo multus prohibetur non diuturnus affectus, qui, & oratio dici potest.

Ne

Ne solliciti sitis animæ uestræ, quid mãducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Matth. 6.

Sed cum ei, qui operantur sint sollicitudini uacantes contrarij falsum reputabitur. dictum Apostoli. 2. Thessa. 3. Vbi dicitur, qui non vult operari non manducat. Oppositum est etenim ei, quod per dominum dicebatur circa secularia negotia sollicitudinem damnantem.

Responsio.

Sed quomodo Apostolus sentire aduersũ Dominum posset: ut nos præciperet ita esse debere sollicitos, quid manducemus, & quid bibamus, & vnde cooperiamur: ut si istam contempserimus sollicitudinem ad manducãdum, & bibendũm, & cooperiendum necessarijs iure priuemur: An non, & iste fuerat Apostolus, qui quantum prædicauerat ad nullum alium præordinauerat finem, nisi omnibus suadere legi, & voci Domini Iesu Christi Mundi Saluatoris obtemperaturis. Ideò dicendum pro concordia (sicut dixerat Augustinus ad Aurelium scribens Episco. Garthaginen.) quod uera est sententia Domini, Et cum arguitur de Apostolo respondẽdum est, quod non de opere corporali, cuius sollicitudinem prohibet dominus intendebat

Præceptum Domini est circa corporalia.

Qui non operatur spiritualiter non manducat.

In de opere monachorum.

ipse cum dixerat: qui non laborat, sed qui non operatur non manducet: sed de spirituali.

Matth. 6. *Pater noster, qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum.*

In cuius dominicæ orationis sequela (ut quis Euangelicæ legis scriba optimè norit) sex aliæ commemorantur petitiones, ita ut in totum ab eodem Euangelista Matth. septem ponantur: Lucas tamen, qui eandem ponit à Domino dictam orationem, & suis ordinatam sequacibus quinque tantummodo in ipsa per Dominum positas petitiones demonstrat: Iste igitur duas illas retinens tertiam videlicet in qua dicitur. Fiat uoluntas tua, & ultimam in qua nos per Dominum à malo petimus liberari, aut erit diminutus, aut Matth. qui septem dominicæ orationis petitiones commemorat, superfluus erit iudicandus.

Responsio.

Petitiones sunt necessariò positę Lucas tamē breuiter narrauit. f. non duas tanquā superfluas tacet, sed vt contentas sub illis in Enchiridion.

Huiuscemodi autem quæsiti præsentis declaratio, & Christianam legem profitentibus, & doctrinam neminem fugiat arbitror. Illud tamen non erit inutile, & superfluum recensere, quod ad Laurentium pro huius declaratione ponit Augustinus. A Matthæo (inquit

(inquit iste) non vtique discrepauit Lucas: sed quomodo ista septem sint intelligenda ip se sua breuitate commonuit. Tertiam enim petitionem Lucas duarum superiorum esse quodammodo repetitionem demonstrans, eã prætermittendo fecit intelligi, nec vltimam posuit libera nos à malo: illam volens pertinere ad penultimam Matthæi. Igitur, & si omnes septem petitiones, necessario à Domino positas narrasset Math. Lucas tamẽ duas subticuit, non tanquam superfluas: sed in quantum ab illis continentur.

Nolite cogitare de crastino. Matth.6.

Præceptum Domini est, quod ab aliquibus seruandum mandatur perfectis principaliter præponitur, ipse autem Dominus perfectorum omnium Magister, & vera perfectionis exemplar, loculos habens proprios inter discipulos (vt Ioannes 13. manifestat) de futuro cogitare videtur, contrarium igitur præcipit discipulis, de crastino eos prohibens cogitaturos.

Augustinus autem operationem istam remouens, rem sic dilucidat: Nihil operis nostri facere debemus Temporalium adipiscendorum amore, vel timore egestatis tan- Responsio. Inde mendacio ad Consentium.

quam

Nolite cogitare de crastino operãtes aliquid ex timore egestatis.

quam ex necessitudine. Hac est, quam discipulis dat prohibitio, vt de crastino non cogitent. Istum igitur intellectum in oppugnantium intellectu perfectum, & quietum generans sensum loculos habere discipuli, & mei omnes imitatores non prohibemini, sed aliquid minus faciatis ex timore egestatis: hoc est, quod mando vobis de crastino non cogitare, confidite, confidenter spiritualia, & spiritualiter verbum operamini. Dignus est mercenarius mercede sua.

Matth. 7.

Non omnis, qui dicit Mihi Domine intrabit.

Verum cum clarissime constet neminem posse Christum dicere, nisi in Spiritu sancto, vnde extat illa sanctissimi Apostoli sententia. Nemo potest dicere Domine Iesu: nisi in Spiritu sancto, & qui Dei spiritu inspiritante loquitur: non longe à salute aberrare cognoscatur. Merito potest monere, quomodo huic sententiæ conueniat id, quod Saluator dixerat. videlicet non omnis, qui &c.

Responsio.

In de serm. Domini in monte Tom. 4.

Augustinus Pater sanctissimus quæstionem soluendo diuersimode considerat verbũ dicit. Bifariam (inquit) sumi potest verbum istud proprie, & improprie. Proprie enim dicit,

dicit, qui voluntatem, ac mentem suam sono vocis enunciat: improprie autem dicit ille, qui nec vult, nec intelligit, quod dicit. Generaliter igitur Dominus posuit verbum dicit: cum dixerat non omnis: Apostolus autem illud posuit, prout significat voluntatem, & intellectum dicentis, praeterquam, quod inconueniens nullum esset: vt aliquis Spiritu Dei ductus nunc Domine Domine dicat, qui perseuerantiam admittens à salute sit alienus.

Non omnis &c.

Quia, & si Spiritu Dei ductus illud dicat vsque ad finem quem requirit perseuerantia non dicit.

Accedit ad eum Centurio rogans eum. Contrarium tamen sentit Lucas: qui gesta narrata per eundem Matth. inter Christũ, & Centurionem describens eum ad dominũ minus accedere describit. Sed seruos ad ipsum de Iudaeis aliquos misisse comprobat. Misit ad eum Seniores Iudaeorum sic ipsius verba testantur. Matth. 8.

Quaesitum istud sicut quandam oppositionem clarissime omnibus manifestat, sic eiusdem solutionem neminem concionatorum praecipue latere cognosco: illam tamen silentio non praeteream, quam sanctissimus Pater Augustinus perdemonstrat. Amicos utique ad Dominum Centurio destinauit. Verum est quod

Responsio.

Accessit Centurio ad Iesum voluntate per amicos suos tamen accessit.

Ananiam dixerat Act. 23. Percutiet te Deus paries de albate, & multa alia supremis dictis diligenter, & sobrie considerantibus videntur aduersa. Quinimo, & ipse Saluator sibi ipsi videtur oppositus. Nam qui semel sic discipulus praeceperat praterquā quod ijsdem alias praeceperat. In vias gentium non abieritis, verbis etiam proprijs Capharnaum maledicens dixerat, vae tibi Capharnaum, vae tibi Corozaim.

Responsio.

In de serm. Domini in monte.

Reddet illi Dominus &c. Verba prophetice dicta per imprecationem nō voto optantis, sed spiritu praeuidentis.

Sed propositam quaestionem Augustinus soluit faciliter Dominus enim (dicit ipse) Apostolis per imprecationem: quod esset futurum cecinerat: non optantis voto, sed spiritu praeuidentis. Non cum ait Dominus vae tibi Capharnaum, aliud sonat, nisi aliquod malum euenturum merito eius infidelitati, quod futurum dominus non maleuolentia optabat: sed diuinatione cernebat. Et Apostolus non ait reddat: sed reddet illi Dominus iuxta opera eius, quod verbum pronunciantis est, non imprecantis. Sic etiam & prophetice dictum fuit illud ad Ananiā Percutiet te Deus paries de albate. Tu iudicas secundum legem, & cōtra legem iubes me percuti.

Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Matth. 5.

Attamen aliquos etiam pro quibus nos orare non deceret. 1. Ioann. 5. manifestatur. Est autem peccatum ad mortem non pro illo dico: vt roget quis; Ioannes ergò Discipulus Domini dilectissimus de cuius pectore fluenta emanaũt Euang. Cui suprà Domini pectus recumbenti Domini fuerunt secreta manifestissima Dominicis verbis erit oppositus. Miranda quidem res, vt qui discipulos suos Christi sequaces charitatem continuò docuerat: ità vt eiusdem præcepti frequentia admirantes ipsum interrogauissent Magister quare hoc semper loqueris? Et dignam ipso sententiam respondere dixisset: Quia præceptum Domini est, & si solum fiat sufficit charitati postmodum inueniatur, contrarium: vt pro aliquibus orare non nobis sit præceptum ostendat.

Difficilis quidem quæstio insolubilis autẽ nequaquam. Duplex peccatum. aliud, quod non est ad mortem; & ideò pro eis orare nobis præcipit. Si autem ad mortem peccauerunt, vt post agnitionem Dei per gratiam Domini Nostri Iesu Christi fraternitatem oppugnauerint, & aduersus ipsam gratiam,

Responsio.

Orandum est pro his qui ad mortem non peccãt.

 gratiam,

gratiam, qua reconciliati sint Deo, & fa-cibus inuidentia agitantur : vt sint finales in pœnitentia pro ipsis dicit Apostolus. Ioannes non oret aliquis.

Matth. 5. *Vos estis lux mundi : non potest ciuitas abscondi supra montem posita.*

Discipulis loquutus fuerat Dominus quos (vt in Matth. licet uidere, & modo in hoc versu legistis, & considerastis) Mundi lumen appellat Dominus. Quod etiam tribuit donum præcursori Ioanni Baptistæ. Ipsum enim lucernam ardentem prædicat, & lucentem : sic enim dicit in Ioann. cap. 5. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio : sed hoc dico : vt salui sitis : Ille erat lucerna ardens, & lucens. Mundi autem lumen si is credendus est à quo, & corporalia, & spiritualia lumina omnia ortum sumpserunt de quo, & in Ioanne dicitur. Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris : non erit uidere quomodo, & cum illo, & alij quæq; mundi dicantur lumina? Quinimò & pars vltima in qua ardentem lucernam inuenimus Ioannem nuncupatum illi eris op-

posita,

posita, quæ habetur in Ioanne cap. 1. Ibi enim de ipso sic dictum est. Non erat ille lux, sed vt testimoniũ perhiberet de lumine.

In his autem scripturis, quod nulla sit iudicanda contrarietas sensus demonstrat. A sole stellæ, & luna lumen capiunt, nec in eius comparatione lumina dici possent: attamen, & stellæ, & luna lumina appellantur. Sic de Ioanne, & discipulis Domini dicendum est, quod habent lumen à domino, & in comparatione domini non erat Ioannes nec sunt discipuli lux lux (inquam) à qua cætera lumina splendorem, & lumen accipiunt. Spiritualia tamen lumina sunt à quibus, qui veré illuminantur a ueri luminis claritate non deficient. Sicut igitur ad alios comparati discipuli, & præcursor Domini, & ad cœcos præcipuè lux Domini; sic in comparatione domini lumina appellari minus possint.

Responsio.

In comparatione Domini nō sunt lux Discipuli.

In comparatione Cæterorum sūt vtique lumina.

Omnis, qui demiserit uxorem suam excepta fornicationis causa facit eam mœchari.

Matth. 5.

In quibus uerbis patet clarissime uxorem nec dum odit non habendam: sed potius diligendam, cum eam minus dimittendam

esse

esse Euang. textus proponat contrarium autem uidetur, quod alibi scriptum dixerat Dominus; vxorem uidelicet odio habēdam nempe ab illis, qui eum sequi peroptarent: contrarium hoc demonstrantia verba sunt ista. Si quis uenit ad me, & non odit Patrem suum, & Matrem, & Vxorem, & Filios, & Fratres, & Sorores adhuc autem, & animam suam non potest meus esse discipulus. Qui igitur fieri potest apud hominem odibilem rem cum qua semel, & semper utrisq; uiuentibus permanere sit necessarium?

Responsio.

Tomo 4. in de serm. Domini in monte lib. 1.

Diligenda est vxor, sed non ꝑpter temporale commodum hoc enim propter æternum repellitur, & hoc est odium.

Nodum soluit uerbis quamplurimis Pater Augustinus. Ipsa autem longissima prætermittens uerbis paucissimis solutionem expediam: Ex eiusdem Patris nostri mente nodum sic aperiens, vxorem odiendam hoc est propter regnum cœlorum eiusdem temporalem necessitatem repellendam; non enim, (ut rem clarius patefaciam eam sic diligere debemus) ut ipsi bonum temporale potius, quam æternum desideremus.

Matth. 5.

Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona.

Oppositum tamen dixerat ipsemet Euangelista.

lista. Attendite, ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus: ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud Patrem uestrum, qui est in coelis.

Sed si diligenter uerba pensentur, & fideliter attendantur, quod ibi nulla sit contrarietas manifestum uidebitur: aliter enim est dicere, ut uideamini: & aliter: ut uideant homines; qui bona faciunt non debent uideri: eorum autem opera bona maxime sint uidenda: ut ex his caeteri exemplum capiat.

Hominès bona facientes nō debent uideri, opera bona debent uideri.

Si quis te percusserit in vna maxilla, prae be ei & alteram.

Matth. 5.

Ipse autem Dominus, qui sic discipulis faciendum, & obseruandum praeceperat, a Pontificis famulo percussus sui excessus tempore nec dum maxillam alteram non praebuit sed temerarium illum arguens uiolentam accusans percussionem dixerat. Si male loquutus sum, exproba de malo, Si autem bene, quid me caedis? ubi satis expresserat (praeterquam, quod id etiam Naturae expostulant iura) ad sui ipsius defensionem hominem promptum nequaquam fore redarguendum.

Verum non sibi ipsi contrarius per iam dicta

Responsio.

sta superius aliquibus Dominus uideatur: est dicendum per uerba prima animi promptitudinem ad mala patienter tolleranda Dominum commendare, non sui ipsius defensionem alicui denegare; Si quidem iure naturae repetere sua quiuis potest, & debet. Nemo enim cogitur cui non vult facere beneficium in 9 2. cam. praeterie; & ideo ad Petrum non dixerat Dominus cum ipso de fraterna correctione verba faciens: Si peccauerit in te frater tuus condona illi debitum: sed uade, & corripe eum offensus igitur, qui ab ipsum percutiente in una maxilla odium ex animo relegat alteri eam maxillam perbibet: sed si coram Iudice de iniuria satisfactionem reposcat, aliquid non facit, quod supradicto contradicat directe.

Si quis te percusserit.

Animi promptitudinem commendat ad iniuriam tollerandam.

Si autem bene quid me &c. seu defensionem nō prohibet.

Matth. 5. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Inuisibilem autem Deum Apostolus sacris suis in compositionibus recitat, & demonstrat. Sed Propheta omnes, & Euangelistae, & qui circa sacra uersantur omnes componentes rem aptissime manifestant. Hic est quod mater nostra Hyerusalem huiusce veritatis arcana aperiens Sanctorum auctoritatibus*

tatibus decorata dicere soles Regi seculorum immortali, & inuisibili. Deum nemo vidit vnquam, quem nemo hominum videt. Quem igitur sui natura inuisibilem dicimus quomodo visibilem prædicabimus?

Verum à nobis minus visibilis prædicetur Deus: sed ab eiusdem filio, qui vt supra dixeramus in Matth. similia verba protulit: Beati mundo corde rem intellectu difficilem distinguere operæpretium est. Vtrũque verum est, & Deum esse visibilem, & inuisibilem esse non est inconueniens confiteri. Temporum diuersitates consideret quisq; tunc ei rei veritas manifestabitur. Deum nemo vidit vnquam verum est: quia non videbit me homo, & viuet. Præteritum est hoc, futurum est, quod dicitur. Beati &c. In hac ergò uita inuisibilis Deus uiatoribus comprehensoribus autem uisibilis, seu (vt pater Augustinus) notat, quod Deus potest uideri, hoc est intelligi secundum donum gratiæ suæ, siue ab Angelis, siue ab animabus sanctis plenam uerò diuinitatis naturã, nec Augustinus quidem, nec sanctorum aliquis perfectè intelligere poterit, & ideò inuisibilis, & incomprehensibilis.

Responsio.

Inuisibilis viatoribus visibilis cõprehensoribus.

Seu videtur hoc est intelligitur p donum gratiæ, & non videtur p Naturam suæ diuinitatis.

Matth. 6. Orantes autem nolite multum loqui sicut Ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.

Hanc orandi formam hunc in orationibus Deo directis ordinem discipulos, ac Christianos omnes docuerat Saluator. Apostolus autem Paulus huic videtur contrariari sententiæ, qui in Thess. 5. inter alia, quæ ad ipsos Thessalonicenses scripserat hoc unũ illis instituit memoriale: semper gaudete, sine intermissione orate: quinimò, & ipse Dominus quasi dicto suo contradicens dixerat in Luc. 18. quia oportet semper orare, & nunquã deficere: orare.n. semper, & parũ loqui sicut præcipit ipse videtur cõtrarium.

Responsio. Pater Augustinus hanc dirimit contrarietatem, & oppositionem cum oratio sit mentis eleuatio in Deum non solum uerbis, sed desiderio orari potest. Quinimò ideo uerbis oramus Dominum: ut illis rerum signis nos ipsos admoneamus, quantumq; in hoc desiderio profecerimus nobis ipsis innotescamus: aliud igitur est sermo multus, aliud diuturnus affectus: primum prohibet Dominus, & ideo dicit. Orantes nolite multum loqui. Secundum concedit, & ideo ipse quoq; erat pernoctans in oratione Dei.

In 121. epistol. Tom. 2.

Sermo multus prohibetur non diuturnus affectus, qui, & oratio dici potest.

Ne solliciti sitis animæ uestræ, quid mãducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Matth. 6.

Sed cum ei, qui operantur sint sollicitudini uacantes contrarij falsum reputabitur. dictum Apostoli. 2. Thessa. 3. Vbi dicitur, qui non vult operari non manducat. Oppositum est etenim ei, quod per dominum dicebatur circa secularia negotia sollicitudinem damnantem.

Sed quomodo Apostolus sentire aduersũ Dominum posset: ut nos præciperet ita esse deberè sollicitos, quid manducemus, & quid bibamus, & vnde cooperiamur: ut si istam contempserimus sollicitudinem ad manducãdum, & bibendũm, & cooperiendum necessarijs iure priuemur: An non, & iste fuerat Apostolus, qui quantum prædicauerat ad nullum alium præordinauerat finem, nisi omnibus suadere legi, & voci Domini Iesu Christi Mundi Saluatoris obtemperaturis. Ideò dicendum pro concordia (sicut dixerat Augustinus ad Aurelium scribens Episco. Carthaginen.) quod uera est sententia Domini, Et cum arguitur de Apostolo respondẽdum est, quod non de opere corporali, cuius sollicitudinem prohibet dominus intendebat

Responsio.

Præceptum Domini estcirca corporalia.

Qui non operatur spiritualiter non manducat.

In de opere monachorum.

ipse cum dixerat: qui non laborat, sed qui non operatur non manducet: sed de spirituali.

Matth. 6.

Pater noster, qui es in cœlis sanctificetur nomen tuum.

In cuius dominicæ orationis sequela (ut quis Euangelicæ legis scriba optimè norit) sex alia commemorantur petitiones, ità ut in totum ab eodem Euangelista Matth. septem ponantur. Lucas tamen, qui eandem ponit à Domino dictam orationem, & suis ordinatam sequacibus quinque tantummodo in ipsa per Dominum positas petitiones demonstrat. Iste igitur duas illas retinens tertiam videlicet in qua dicitur. Fiat uoluntas tua, & ultimam in qua nos per Dominum à malo petimus liberari, aut erit diminutus, aut Matth. qui septem dominicæ orationis petitiones commemorat superfluus erit iudicandus.

Responsio!

Petitiones sunt necessariò positę Lucas tamē breuiter narrauit. s. non duas tanquā superfluas tacet, sed vt contentas sub illis in Enchiridion.

Huiuscemodi autem quæsiti præsentis declaratio, & Christianam legem profitentibus: & doctrinam neminem fugiat arbitror. Illud tamen non erit inutile, & superfluum recensere, quod ad Laurentium pro huius declaratione ponit Augustinus. A Mattheo (inquit

(inquit iste) non vtique discrepauit Lucas: sed quomodo ista septem sint intelligenda ipse sua breuitate commonuit. Tertiam enim petitionem Lucas duarum superiorum esse quodammodo repetitionem demonstrans, eã prætermittendo fecit intelligi, nec vltimam posuit libera nos à malo: illam volens pertinere ad penultimam Matthæi. Igitur, & si omnes septem petitiones, necessario à Domino positas narrasset Matth. Lucas tamẽ duas subticuit, non tanquam superfluas: sed in quantum ab illis continentur.

Nolite cogitare de crastino. Matth.6.

Præceptum Domini est, quod ab aliquibus seruandum mandatur perfectis principaliter præponitur, ipse autem Dominus perfectorum omnium Magister, & vera perfectionis exemplar loculos habens proprios inter discipulos (vt Ioannes 13. manifestat) de futuro cogitare videtur, contrarium igitur præcipit discipulis, de crastino eos prohibens cogitaturos.

Responsio.

Augustinus autem operationem istam remouens, rem sic dilucidat: Nihil operis nostri facere debemus Temporalium adipiscendorum amore, vel timore egestatis, tan-

Inde mendacio ad Consentium.

quam

Nolite cogitare de crastino operãtes aliquid ex timore egestatis.

quam ex necessitudine. Hæc est, quam discipulis dat prohibitio, vt de crastino non cogitent. Istum igitur intellectum in oppugnantium intellectu perfectum, & quietum generans sensum loculos habere discipuli, & mei omnes imitatores non prohibemini, sed aliquid minus faciatis ex timore egestatis: hoc est, quod mando vobis de crastino non cogitare, confidite, confidenter spiritualia & spiritualiter verbum operamini. Dignus est mercenarius mercede sua.

Matth. 7.

Non omnis, qui dicit Mihi Domine intrabit.

Verum cum clarissimè constet neminem posse Christum dicere, nisi in Spiritu sancto, vnde extat illa sanctissimi Apostoli sententia. Nemo potest dicere Domine Iesu: nisi in Spiritu sancto. & qui Dei spiritu inspirante loquitur: non longè à salute aberrare cognoscatur. Meritò potest mouere, quomodo huic sententiæ conueniat id, quod Saluator dixerat. videlicet non omnis, qui &c.

Responsio.

In de serm. Domini in monte Tom. 4.

Augustinus Pater sanctissimus quæstionem soluendo diuersimode considerat verbũ dicit Bifariam (inquit) sumi potest verbum istud propriè, & impropriè. Propriè enim dicit,

dicit, qui voluntate [illegible], ac mentem suam sono vocis enunciat: improprie autem dicit ille, qui nec vult, nec intelligit, quod dicit. Generaliter igitur Dominus posuit verbum dicit: cum dixerat non omnis: Apostolus autem illud posuit, prout significat voluntatem, & intellectum dicentis, præterquam, quod inconueniens nullum esset: vt aliquis Spiritu Dei ductus nunc Domine Domine dicat, qui perseuerantiam admittens à salute sit alienus.

Non omnis &c.

Quia, & si Spiritu Dei ductus illud dicat vsque ad finem quem requirit perseuerantia non dicit.

Accedit ad eum Centurio rogans eum. Contrarium tamen sentit Lucas: qui gesta narrata per eundem Matth: inter Christũ, & Centurionem describens eum ad dominũ minus accedere describit. Sed seruos ad ipsum de Iudæis aliquos misisse comprobat. Misit ad eum Seniores Iudæorum sic ipsius verba testantur.

Matth. 8.

Quæsitum istud sicut quandam oppositionem clarissime omnibus manifestat, sic eiusdem solutionem neminem concionatorum præcipue latere cognosco: illam tamen silentio non præteream, quam sanctissimus Pater Augustinus perdemonstrat. Amicos utique ad Dominum Centurio destinauit. Verum est quod

Responsio.

Accessit Centurio ad Iesum voluntate per amicos suos tamen accessit.

Lib. 1. loquut. de exod.

est quod narrat Luc. 7. Ipse tamen accessit non corpore: sed uoluntate. Ipsius enim in Amicis suis uoluntas præsens fuerat. Vnde est, qui vos recipit Me recipit, & qui me recipit recipit etiam, qui me misit.

Matth 9.

Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducabat dicens. Non opus est sanis medicus: sed malè habentibus. Cum igitur præposita uerba ex ipsius ueritatis ore dicta fuerint ueritatem non sapere nemo nisi insipiens iudicabit. Magnus uerò ex eiusdem ueritatis concionator ne ab ipsa uideatur ueritate aberrasse, expositione indiget, & interpretatione in his, quæ dixerat uerbis. 1. Corin. 5. Scripsi uobis in Epistola non commisceri fornicarijs si quis frater nominatur in uobis, aut fornicator, aut Idolis, seruiens, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax cum huiusmodi, nec quidem cibum simul sumere. cum enim peccatores sint, quos ibi nominat Apostolus, Qui fieri potest nos illis non commisceri, nec cum ipsis cibum sumere, quando cum illis cibum manducabat, Dominus, & cum eis pro illorum conuersione, & salute commiscebatur.

Responsio.

Accessit Centurio ad Iesum voluntate per amicos suos, tamen accessit.

Sed:

Sed: ut minus oppositum, quod videtur contrarium iudicetur illud, diligenter est attendendum, quod vltimo dicebatur: videlicet pro illorum conuersione, & salute: si enim quisque peccatoribus valet tutius commisceri. Nec obstat Apostoli dictum peccatoribus non commisceri persuadens: Ipsorum enim malam vitam potius non imitandam, quàm eorum salutem non perquirendam intendebat. Non commisceri prædico vobis fornicarijs auaris &c. eandem videlicet perpetrantes, quæ ipsi agunt ad perditionem.

Responsio.

Potest quisque commiscere peccatorib' quo ad eorum salutem non ipsorũ acta peruersa imitando, & perpetrando.

Ne quid tuleritis in via, neque virgam, neque peram. Matth. 10.

Huic præcepto oppositũ aliquod ponit Marcus cap. 6. Nam sub alijs verbis mandatum Domini commemorans, sic dixerat. Et præcepit eis ne quid tollerent in via nisi virgam tantum.

Responsio.

Sed præterquam quod plura ponat Pater Augustinus huius nodi solutionem manifestat clarissime vnum tamen ponit, quod quæsitum soluit faciliter vtriusque enim Euangelij in vnum colligens dicta sic dicit in persona Domini.

In consensu Euangelistarum lib. 2.

Matth. neq; virgam idest minimas res.

Marc. sed virgã tantum. i. res potestatem, quam vobis do quæ faciat, vt necessaria vobis quę nõ portanda prepono non desinant.

Nihil necessariorum uobiscum feratis, nec uirgam: nisi uirgam tantum: ut illud quod dictum est. Nec uirgam tantum. intelligatur, nec minimas quidem res. Quod uerò adiunctum est. Nisi virgam tantum intelligerent potestatem: quia per potestatem à Domino acceptam, quæ virgæ nomine significata est etiam, quæ non portantur non deerunt.

Matth. 10

Non peram portabitis in uia, neq; duas tunicas, neque calciamenta.

Euangelista autem Marcus, & si concordantiam in Matth. monstret cap. 6. in vno tamen discrepare videtur. Nempè in calciamentis: ubi enim dixerat. Ne quid tollerent in uia nisi uirgam tantum non peram, non panem, neque in zona æs, mox addidit: sed calciatos sandalijs quid est igitur, quod dixerat Matth. neque calciamenta, cum calceamentorum usus non prohibeat Marcus?

Responsio.

Neque pes tectus neque nudus ad terram.

Augustinus ubi supra hanc ad quæsitum dat responsionem in Matth. Sollicitudinem damnat Dominus non opus, & ideo calceamenta prohibet. ne Discipuli longum iter facturi de pluribus calceamentis sibi prouiderent.

rent. Ipse tamen etiam ipsius Augustini in tellectu innissus, & fidens dicerem sic. Non portabitis calceamenta super pedes: sed sandalia, seu soleas, quæ sub pedibus ponuntur; vt pes neque tectus sit, neque nudus ad Terram: ut significaret. Euangelium nec fore occultandum, nec terrenis commodis innitendum.

Inter natos Mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Matth. 11.

Sic ad Iudæorum turbas ipsius germani, & Præcursoris laudes, & præconia narrans dixerat Dominus inter natos mulierum neminem ipso maiorem. Ex dictis tamen quãta sit, quæ oritur quæstio norunt plurimi. Maior est omnibus inter natos mulierum Ioannes Baptista. Maior igitur est Saluatore. Oppositum tamen dixerat ipse præcursor domini: Dominum namq; respiciens ad discipulos, & ad cæteros sui spectatores de eodẽ dixerat. Qui post me uenit maior me est: cuius non sum dignus corrigeam calceamentorum soluere.

Difficillimam istam quæstionem sic (ni fallor) soluendam esse censeo. Qui post me venit maior est &c. Verum est ipsius Ioan- Responsio.

 nis

Inter natos mulierum &c.

Inter natos mulierum ea natiuitate, quæ ex seminis conceptione mulieris, & viri causatur.

Nemo Io. Baptista maior Dominus autem conceptus ex Spiritu sancto.

nis Baptistæ de Domino testimonium: sed nec à veritate alienum reputabitur, quinimo uerissimum de ipso Ioanne Saluatoris erit æstimandum. Sic autem ad solationem erunt ipsius uerba intelligenda: Inter natos mulierum: hoc est inter eos, qui ea sunt nati natiuitate, qua cæteri homines: homines uidelicet ex hominum semine procreati. Nemo maior Ioanne Baptista: secus autem ipse dominus, qui ex Spiritu sancto in vtero Virginis conceptus est.

Matth 11.

Iugum meum suaue est, & onus meum leue.

Sed mirum quibusdam videtur quomodo domini iugum suaue sit, & sarcina leuis, quæ angustijs, tribulationibusq; sunt onusta, quæ non nisi durissima hominibus appareat: sic namque testatur Apostolus 2. ad Thimot. 3. In omnibus commendantes nosmetipsos tanquam Dei ministros in multa patiẽtia in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis &c. ac ibidem â Iudæis quinque es quatragenas vna minus accepi: ter virgis cæsus sum: semel lapidatus sum: ter naufragium feci: Nocte, ac die in profundo maris fui, & cætera, quæ numerari

quidem pericula possunt: sed tollerari, nisi Spiritu sancto iuuante non possunt. Quomodo igitur suaue est Iugum Domini, quomodo onus leue?

Verum ipsemet Apostolus leuissimum onus, quod portatur in Domino; & iugum suaue, quod non sic apertè supradictis demõstrat verbis alibi apertissime manifestat. Nẽpe ad Rom. 8. Non sunt condigna (dixerat ibi) passiones huius seculi ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ecce igitur unde illud iugum suaue, & sarcina leuis. Nam & si omnia mala, quæ sunt in mundo propter Dominum non sustineas, & Domini præcepta ferè innumerabilia (& si in uno fundata, scilicet in præcepto dilectionis) obseruet libenter; & eius uoluntas Domino non adhæreat amando Dominum à Domino deserebitur; uoluntate autem adhærere Domino facile est; & hoc est, quod Domino placet. Ideò dicit Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Spiritualiter igitur uiuentibus omnia mala, & onera leuia uidentur, dura tamen carnis infirmitati; et hæc sit ad quæsiti responsionem accommodatio.

Qui non est mecum aduersum me est.

Responsio.

Omnia durissima, quæ ꝑpter Christũ patitur homo facilia sunt spiritualiter viuentibus, & ideo dicit, Iugũ meum suaue est.

Matth. 12.

Sed directè huic contrariantur sententiæ (ni fallor) illa, quæ ad discipulos dixerat Saluator noster. Dæmonem peccantem in nomine Domini prohibere uolentes: quia cum ipsis discipulis Dominum non sequebatur. Nolite (inquit) prohibere, qui contra uos non est pro uobis est. Si nihil in illo corrigendum erat securus ergo si quisquis extra communionem Ecclesiæ constitutus colligit in Christi nomine dissociatus à Christiana Religione: atq; ita falsum erit illud, quod dicebat, primo uidelicet. Qui non est? sic sententias ad inuicem contrariari demonstrat Pater Aug.

Tom. in de bapt. cõtra Donatistas cap. 1.

Responsio.

Sed ipse quoque nodum aperiens responsionem ibidem ponens oppositionem tollit. Impossibile minus est diuersis temporibus propter diuersus actus aliquem fore culpandum, & laudandum laudari utique (& si infidelis ille sit) si actum quandoque faciat ad Ecclesiæ membra pertinentem cum pro Ecclesia, & non contra ipsam faciat, & ideo dicebat Dominus discipulis loquens, Nolite prohibere &c. Quia & si minus fidelis opera tamen facit ex quorum continuatione sequeretur, scilicet dispositiuè: ut mecum sit ille gratia mea, qui ante opera illa contra me erat. Damnari posset postea cum

Qui contrà vos non est operádo, scilicet cõtra vos & si infidelis sit ille in opere illo non debet prohibiberi.

opus

opus illud rectum derelinquens ad pecora remeans contra dominum ambulet, & contra eiusdem legis praecepta operaretur.

Bonus homo de thesauro suo profert noua, & uetera. Matth. 12.

Aliquis igitur si adhuc esset, qui de thesauro suo noua proferret, & vetera huic ad esse bonitatem nemo dubitaret: quomodo ergo uerum est, quod dixerat Dominus Mar. cap. 12. Nemo bonus nisi Deus?

Ex supradictis pendet solutio contra dicta tertia: sed: ut silentio non praetereamus rem propositam dicimus Bonitas per participationem, & per essentiam. de hac loquitur Saluator. Nemo bonus nisi Deus. de prima autem intelligitur Auctoritas prima. Responsio. Homo bonus participationem, Deus per essentiam.

Beatus es Simon Bariona: quia Caro, & Sanguis non reuelauit tibi: sed Pater meus, qui in coelis est. Matth. 16.

Neminem tamen latet illis optari Beatitudinem, qui Dei Patris praecepta seruantes eiusdem efficiuntur filij. Talis ergo erat Petrus, qui dominum Dei filium confitendo ab ipso meruit audire. Beatus es Simon Bariona &c. Oppositum igitur Saluator nequaquam

quaquam mox dicere debuit, & tamen ibidem: ubi supra sic legitur. Vade post me Sathanas: scandalum mihi es; quomodo ergo Beatus, qui Sathanæ comparatur? Si à beatitudinis regno relegatus Sathanas ob eius superbiam fuerat, & Sathanas dicitur à Domino Petrus quomodo beatitudinis intrabit ianuam?

Responsio.

Beatus Simon propter Christi confessionem ex patre per os suum procedentem.

Sathanas dicit; Petrus, quia hō Dei, sed quę hominis sunt sapiebat.

Sed rationes, ob quas beatum primum, Sathanam deinde Petrum nominauerat Dominus contrarietatis huius amouet Tramitem. Beatus Simon, utique uerum est: sed unde beatus, quare beatus: Quia pater quam modo reuelaueras confessionem tibi reuelauit. Vade post me Sathanas benè dicit Dominus: Sed qualis Sathanas, quia hominis, & non Dei, ut supra scientiam habens meam, ut Sathanas uis passionem impedire.

Matth. 17.

Helias iam uenit, & ipse est Ioannes Baptista.

Sic ad Iudæos dixerat Dominus Ioannis Baptistæ eiusdem Domini præcursoris laudes, & præconia illis denuncians. Interrogatus tamen ipse præcursor à Iudæis, & Christū se esse, & Heliam coram omnibus negauit

est

est igitur in dictis oppositio.

Eam tamen Patris Augustini, & D. Gregorij (vt nostis omnes) dictis inhærendo sic soluendam dicimus, & fatemur: uerum dixisse Dominum, Qui Ioannem Baptistam Heliam in spiritu appellauerat, & à ueritate minus alienum Domini præcursorem, qui in persona Heliam esse denegauerat. Responsio. Ioannes Baptista in spiritu Helias non in persona.

Et post dies sex assumpsit Iesus Petrum, Iacobum, & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum. Matth. 17.

Sicuti istam Domini promissionem tribus istis factam discipulis sciunt quam plurimi; ita & multi contrarietatem norunt, quæ inter Matth. & Lucam versatur cum iste, Domini trasfigurationis misterium post dies octo demonstrare describat, & post sex dies (vt scitis) dicat Matthæus.

Propter ignaros tamen (cum eis enim, vt in plurimum, ac semper loqui intendimus; ut eorum mentes, quas apparentes istæ contrarietates perturbant responsiones reficiant) facilem istam responsionem silentio non prætercam. Et ideo dicimus ullomodo. Lucam, qui diem promissionis à Domino discipulis prænarratam, & diem ipsam transfigurationis,

Responsio. Matth. inter medios posuit. Lucas diem promissionis, & terras figurationis etiam posuit.

figurationis, ac inter medios ponens post octo dixerat dies Matth. contrariantur dicta, qui inter medios solummodò posuerat quidquid dicant alij ad eiusdem solutionem.

Matth. 22. *Multi sunt vocati pauci verò electi. Inter illos igitur multos, qui ab Electorum numero declinabant cum ipsi inter reprobos locum sint habituri iustificandi à Domino minus fuerint: Non igitur verum est, quod ad Rom. 8. dixerat Apostolus de uocatis nẽpe illis à Domino iustificandis: sic enim ibidem dicit. Quos uocauit hos, & iustificauit: contrarium ergò est ei, quod Dominus pronunciauerat. videlicet. Multi sunt vocati pauci verò electi.*

Responsio. *In expositionibus tamen quarundam propositionum lib. exempla ad Rom. sic præpositam soluit quæstionem Pater Augustinus quod uocati sunt in duplici differentia quidam, qui secũdũ propositum vocati sunt, & de is uerum est, quod dicit Apostolus, quos vocauit, hos & iustificauit: quidam autem secus licet enim à Domino generali sint uocatione uocati, ut fuit (ni fallor) tunc tẽporis, cum stans in medio templi clamabat, dicens. Si quis sitit veniat ad me qua uocatione,*

Vocati secũdum propositum sunt iustificati, sed non omnes sic vocati.

tione, & ſi omnes uocabat, & excipiebat neminem: non tamen omnes à Domino tunc fuerunt iuſtificati, niſi pauci, quos Domini vocatio, & prædicatio delectabat: non tamen omnes ſunt iuſtificati, & de his uerum eſt, quod Dominus dicit Multi ſunt uocati pauci uerò electi.

Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Matth. 22.

Verum ne aliquid æſtimetur ſuperfluū; quod ex ore domini pendet, quandoque diminutus uidetur Apoſtolus, qui legem non in duobus ſicut dominus: ſed in vno impleri ad Galat. demonſtrat: ſic namq; dicit. Omnis lex in vno ſermone impletur. Dilige proximum tuum ſicut te ipſum: ſed cum & Apoſtolus quoque e xuirtute domini, quod ſcripſerat promulgauerit, nequaquam diminutus iudicabitur in vno tantummodo legem impleri demonſtrans, ac eo magis cum in proximi, & non in Dei dilectione implendam legem manifeſtauerit: Minus enim credendum eſt eum, qui uoci Domini pro-

ſtratus Domini præceptis obtemperans, ac eiuſdem dilectionem ad mortem tenens ſic poſtea Dei amorem paruifacere: ut proximum tantummodò diligendum præcipiat.

Reſponſio.

Præſupponitur in præcepto Apoſtoli Dei dilectio & ideò illam tacet.

Exponendus igitur erit Apoſtolus, ut diminutus non iudicetur. Audi (quæſo) præſupponit ipſe Dei dilectionem, & ideò dicit. Omnis lex in uno impletur ſermone. Diliges proximum tuum ſicut te ipſum. Quia niſi deum diligamus propter quem proximus diligendus eſt proximum non diligeremus.

Matth. 26.

Conuerte gladium tuum in locum ſuum. Malchi auriculam in captura Domini Petro amputanti ſic præceperat Saluator. Sed quid tunicam uendere diſcipulis iuſſerat: ut gladium emerent cur gladium in uagina reponendum, & ad opus ad quod inſtituendũ fuerat non deſeruiendum iubetur, clare igitur mandatum iſtud, quod de Domini ore prolatum deſcribit Lucas illi contrariatur quod per Matthæum deſcribitur.

Reſponſio.

Habeatis gladiũ ad zelum vindictæ demonſtrandum non ad occidendum.

Sed nulla quidem apparebit contrarietas in dictis ubi Domini intentio conſideretur; quæ in uerbis latet, uolo, præcipio, ſic uobis ſtatuo filioli mei, ut vnus quiſque qui non habet gladium tunicam uendat: ut illum

emat,

emat, ut per uos me meæ passionis tempore uindicare uidear; nolo autem ut pro me aliquem ad mortem gladio vulneretis, & ideo ei non contrariatur, quod Petro dixerat conuerte gladium tuum &c. Casu enim (sed dicam melius) diuina fuit uoluntas, ut qui uitam Malchi tollere nitebatur auriculam tantummodo amputaret; & idcirco prohibens dixit. Conuerte gladium tuum &c. ut diceret, sufficit vulnerasse hoc permisi non occidas.

Conuerte &c. sufficit vulnerasse non occidas.

Si peccauerit in te frater tuus uade, & corrige eum inter te, & ipsum solum. Hanc peccantes corripientibus formam tribuit Dominus: Apostolus tamen contrariū sentiens (ut uidetur) publicè peccantes publicè corripiendos monet. 1. Thimo. 5. sic dicit: Peccantes coram omnibus corripe.

Matth. 18.

Talem autem contrarietatem adimit Pater Augustinus cui omnes consentiunt Theologi. De his, quæ non latent peccatis Apostoli propositio intelligenda erit, non de secretis: ne contra domini sententiam ipsum loquutum putetur sic dicentis. Si peccauerit in te &c.

Responsio.

De peccatis publicis intelligitur dictum Apostoli De occultis dictū Domini.

Marc. 15. *Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.*

Circa horam crucifixionis sic sentit Marcus ut proposita narrat auctoritas. Ioannes uerò horam describens eiusdem crucifixionis aliter dicit videlicet circa horam sextam Pilato sedente pro tribunali Iudæis crucifigendũ traditum fuisse Saluatorem: sic enim ait. Erat autem Parasceue hora quasi sexta, & dicit Iudæis. Ecce Rex uester. Illi autem clamabant tolle tolle crucifige eũ, dicit eis Pilatus. Regem uestrum crucifigã? Responderunt Pontifices. Non habemus regem &c. Tunc ergo tradidit eis illum: ut crucifigeretur.

Si igitur hora quasi sexta Iudæis crucifigendus traditus est dominus, quomodo uerum est, quod Marcus dixerat hora tertia ipsum fuisse crucifixum? Responsio. *Rei ueritatem, & dilucidationem aperit Augustinus.* Tom. 4. lib. 3. de consensu Euãgel. *A militibus suspensus fuit dominus, & quia in hora tertia Crucifige clamauerant, ideo in illa hora crucifixum posuit dominum, ut mõstraret tunc eos crucifixisse, quando clamauerunt, & si Ioannes hora in qua milites suspenderunt dominum posuisset.*

Hora quasi sexta fuit crucifixus à militibus.

Hora tertia à Iudæis quando crucifige clamauerunt.

Mulieres

Mulieres ueniunt ad Monumentum orto iam Sole Maria Magdalena, & altera Maria. Marc. 16.

Hæ fuerunt Matth. narrat mulieres istæ, quæ in Dominica Resurrectione (quemadmodum recitat Marcus) ad monumentum uenerant: sed cum ipse dicat orto iam sole contrarius uidetur Ioanni, & Lucæ. Ambo enim isti de eadem hora uerba facientes nec dum solem non ortum ponunt: sed tenebras esse: Lucas enim dicit ualde diluculo, & Ioannes mane cum adhuc tenebræ essent. De hora igitur ista, qua uenerunt ad monumentum mulieres non contemnenda exoritur quæstio.

Sed re uera (ut narrat Augustinus) discordia nulla est inter eos non enim absolutê dixerat hoc Marcus orto iam sole: sed ualde mane oriente iam Sole, hoc est Sole de proximo oriundo, quod tempus de principio auroræ intelligitur. Ipsius nãq; auroræ lux per accessum Solis de proximo manifestatur. Et quia in principio ipsius Auroræ noctis tenebræ in totum extenuatæ non sunt, ideo bene dicit Ioannes cum adhuc tenebræ essent, & Lucas diluculo; & ipsemet Marcus ualde mane.

Responsio.

Vbi sup. c. 24.

Orto iam sole. i. aurora cuius lux a Sole habet esse

Cum adhuc tenebræ essent, q. a in aurora nondũ noctis tenebræ extenuatæ sunt

Domine

Luc. 18. *Domine propitius esto mihi peccatori.*

A longè stans Publicanus Dei Templum ingressus sic orabat dominum, & frustatoria (ut inquit Pater Augustinus) Talis esset oratio, si Deus peccatores non exaudiret. Ille tamen, qui mentis nec dum corporis mirabiliter per Dominum visum recepit in Io. contrarium uidetur sentire; ait enim: Scimus: quia Deus peccatores non audit. Ergò ut supra diximus ex mente Patris Nostri: Si Deus peccatores non exaudiret frustra dixisset Publicanus. Deus propitius esto mihi peccatori. Et tamen si eiusdem publicani coram domino gratiam inuenisset oratio patet: descendit enim, ut ibi met narrat Lucas iustificatus apud dominum: quia omnis, qui se humiliat &c.

Responsio. Tom. 6. ad Orosium contra Priscillianistas.

Pater Augustinus sic respondet. Quod licet hoc dixerat Celidonius illuminatus: tamen non dum erat luminatus mente. Dicerem quoque pro concordia vtraque propositionem uerissimam, & ad obiecta responderem: Deum peccatores finales in pœnitentia non exaudire ad salutem: non enim salute dignus est, qui salutis opera continuè spernit & negligit; exaudire autem pænitentes, & à Domino salutis beneficia poscentes.

Nondum illuminatus mēte dixerat sic cæcus illuminatus, & ideo nō est eius dictū contrarium Publicani.

Memento

Memento mei Domine dum veneris in regnum &c. Luc. 23.

In cruce pendens alter latronum, qui a dextris Domini in eius passione crucifixus fuerat Dominum deprecans sic dixerat. Oppositum tamen videtur, quod dicit Matth. cap. 27. Ambo enim latrones (dicit iste) praetereuntes blasphemabãtur. Verba sunt ista. Id ipsum autem, & latrones, qui cru cifixi erant improperabant ei.

Duplex ad hoc responsio prima est ista, Matth. figuraliter loquutum esse, & totum posuisse pro parte, & ideo dicit in numero plurali: Lucam autem historiam litteraliter, & non figuratiué narrasse, singulariter, & non pluraliter fuisse loquutum, seu de Domino vtrosque latrones id patet di xisse, alterum postea diuino lumine inflãmatum ostinationi non inhaerentem impoenitenti latroni sic postea dixisse. Nos quidem digna factis recipimus.

Responsio.

Totum posuit a parte.
Non illuminat latro a dextris blasphemauit illuminatus post dixit vt supra.

In propria venit, & sui eum non receperunt. Ioan. 1.

Ipsemet autem Ioan. cap. 8. vnum dicit, quod huic videtur contrariari sententiae. Verbum hoc est. Vos non auditis: quia ex

Deo non estis, quomodo igitur sui si non ex Deo.

Responsio. *Pensentur verba, quæ in diuersis capitibus, ac locis ponuntur, quia cum quisque pro diuersis dicta intelligi, & supponi nouerit, dubium & oppositio de facili euacuabitur. In propria venit, & sui: hoc est homines, quos ipse fecerat, qui ideo sui dicuntur: quia, & ipse erat homo, vt cæteri aut, quia illi, vt Creatori homines subditi sunt) non receperunt cum Iudæis postea incredulis loquens dixerat. Vos non auditis, quia ex Deo non estis: quia & si vt illi homines essent: quia tamen Domini reprehensionem renuebant, ideo dicit. Vos ex Deo non estis.*

Sui hoc est homines quos fecerat Nō estis ex Deo vos increduli Iudæi quos ego arguebā, & arguo.

Ioann. 3. *Non enim ad mensuram dat Dominus spiritum.*

Verum huic contrariatur sententiæ, quod ad Corin. 1. cap. 12. scripserat Apostolus. Secundum mensuram donationis Christi, quomodo igitur ad mensuram datus est spiritus, & non datus?

Responsio. *Augustinus soluit hanc controuersiam. Dat Deus spiritum ad mensuram hominibus. Verum est, quod dicit Apostolus: absq; mensura*

In executione Euang. Ioā. tract. 14. cap. 3.

Dat Deus hominibus spiritū ad

mensura uerò filio suo, & ideò de ipso scriptum est. Quod eum repleuerat spiritus Domini spiritus sapientiæ &c. meusuram absque mensura dat filio.

Non venit filius hominis : vt iudicet mundum. Ioann. 5.

Hoc autem quomodo ueritati sit contrarium ex dictis eiusdem in persona Domini manifestum est : ait enim cap. 9. cum Iudæis loquens Dominus. In iudicium in hunc mundum veni.

Sed si diuersis in locis diuersa diuersimodè dicta considerentur nulla quidem dignoscetur contrarietas. In primo aduentu non venit filius hominis : ut iudicet mundum per damnationem : sed, vt saluet per misericordiam. In secundo autem, vt Iudex ad reprobos condemnandos veniet. Potest etiam dici, quod ly in iudicium veniet passiuè, & non actiuè sumi potest. veni in Iudicium hoc est : vt morti sim iudicatus: Pilatus enim adiudicauit ipsum cruci.

Responsio.

In primo aduentu nō veniam iudicare, in secūdo vtique.

Nemo ascendit in cœlum nisi, qui descēdit de cœlo, filius &c. Ioann. 3.

Christum igitur solum in cœlum ascendisse credendum est : cum eius verbis contrarie-

tatem ponere non sit consonum quomodo ergo uera erit Prædicatoris sententia, quæ de sanctis loquens dixerat. Nostra conuersatio in cœlis est: Nullam enim in cœlis conuersationem haberent sancti, si & ipsi cœlum non ascenderent.

Responsio. Duplex primæ auctoritatis sensus contrarietatem istam euacuabit. Nemo ascendit in cœlum ante filium hominis: hic est primus: Alter est filius hominis solus ascendit: quia alij non ascendunt: vt Christus virtute propria: sed ab alijs: hoc est ab Angelis diuina ordinante ordinatione assumpti sunt.

Nemo ascendit ante filium hominis in cœlum.

Ioann, 5. Pater non iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio.

Filius ergò mundum est iudicaturus sicut etiam alibi scriptum est. Ego sum, qui constitutus sum iudex viuorum, & mortuorum: sed de Patre loquẽs ipsemet filius audi quid dicat. Ego gloriam meam non quæro, est, qui quærat, & iudicet. Pater ergò, nec dum filius, quinimmò Pater, & non filius iudex est. Quod etiam verba demonstrant Danielis 7. Antiquus dierum sedet iudicium sedit.

Responsio Quæstionem seu apparentem contradictionem

ctionem soluit Pater Augustinus: Pater apparenter non iudicat quemquam: quia filius in forma hominis, in qua iudicaturus non venie Pater: licet inuisibilis veniat inuisibiliter, & cum dicitur: Ego gloriam meam &c. quod ly iudicet ibi accipitur pro discernere Pater non iudicat &c. Est, qui quærat &c. hoc est discernat.

Tom. 6. lib. 3. contra Massiminum.

Est qui quæret, & iudicet, idest discernat.

Pater non iudicat apparenter, quia filius.

Et in iudicium non ueniet: sed transiet de morte ad vitam.

Ioann. 5.

De verè Dominum sequentibus, eiusque legem obseruantibus (vt audistis) dixerat præ cæteris prærogatiuis hanc eius Vnam esse in iudicium non uenturum. Quod etiam confirmatur per hanc alteram Ioann. (ni fallor) auctoritatem, qui credit in eum non iudicaturum. At omnes ante tribunal Dei bonos, & malos in die iudicij manifestandos, præterquam, quod dictum est Apostoli per uer verba Saluatoris confirmatur. Matth. 21. congregabuntur enim ante illum (scriptum est ibi) omnes gentes: Ecce igitur patens contradictio.

Responsio autem in promptu est: ut contradictionem euacuet. In iudicium non ueuit ad pœnam: sed benè ad meritum.

Responsio.

Aliq non veniēt in iudicium ad pœnam.

Veni

Ioann. 9. *Veni, vt faciam opera eius, qui misit me.* *Ex Euange. autem eiusdem Ioann. scriptũ est. Omnia mea tua sunt, & tua mea sũt. Cum igitur opera Patris opera sint, & filij, quare dixit ueni &c. Et non dixit. Opera mea, &c. An non aliquam verba ista oppositionem demonstrant?*

Responsio. *Dubium quidem in re uidentur verba facere. Sed Saluatoris intentio perscrutetur, & cessabit dubium Veni &c. Non autem negare intendebat per hoc opera Patris opera non fuisse, & Filij. Sed hoc dixerat; ut Iudæi operibus eius magis crederet, dum non hominis absoluti: sed hominis Dei, & de Deo uenientis operibus attenderent, seu dicatur (& melius,) Veni ut &c. Quia opera mea opera Patris sunt.*

Veni vt faciã &c. Quia opera filij, opera sunt Patris.

Ioann. 10. *Quem Pater sanctificauit, & misit in hunc mundum uos dicitis: quia blasphemat quando dicit Filius Dei sum. Sed quomodo Pater eum sanctificauit si se ipsum. Hoc est, quod dixerat Saluator in Ioann. 17.*

Responsio *Contrarium hoc, quod uidetur, soluentes dicimus (ut benè notat Pater Augustinus) cum sit vna, eademq; uoluntas Patris, &*

Tom. 3. lib. 20. de Trinitate c. 6

Filij

Filij Dei, & inseparabilis operatio mirum non est eundem filium, qui a patre sanctificatam exponit, ut a seipso sanctificatum fateatur. Ego enim, & Pater (alibi dixerat) vnum sumus, & ad Philippum Dominum interrogantem loquens ipsemet dominus tunc uidelicet cum ei dixerat. Ostende nobis patrem &c. Verbum respondit. Qui uidet me uidet &c.

Qui sanctificatur a patre a se ipso etiam sanctificatur, quia eandem cum Patre habet voluntatem.

Ego, & Pater vnum sumus. Ioann. 10.

Quod ei uidetur concordare, in quo dicitur etiam a Domino ad Philippum alloquente. An nescis, quod ego in patre, & pater in me est? Qui igitur eandem habet cū patre substantiam quomodo illo minor æstimari poterit; & tamen ipsemet dicit. Pater maior me est.

Rem leuiter pertransibo: nam & si difficultatem demonstret euidentissimam; omnibus tamen responsio est clarissima, quæ nec dum patet ex dictis Augustini, sed vnico, & singulari illo dicto, quod in Symbolo ponit Athanasius uidelicet. Minor patre quoad humanitatem, æqualis patri quoad diuinitatem.

Responsio

Pater maior me, in quantum homo sum non vt Deus Tom.2.& 3

Ioann. 11. *Lazarus mortuus est, sed gaudeo propter vos.*

Sed cum gaudium mœstitiæ, & lachrymis opponatur, aliquorum mentem mouet, & sermo, & Domini actus contrarius. Sermo qui supra, actus uerò, quem in Lazari sepulchro præmonstrauerat: lachrimas uidelicet foris emittendo. Sic enim scriptum est. Et lachrimatus est Iesus.

Responsio.

Sed reuera & si Domini dictum, quod prius dixerat cum actu, quem postea manifestauerat contraria uideantur: contraria tamen non sunt si gaudij, & lachrymarũ, (vt notat Augustinus) rationem aduerterimus. Gaudet Dominus utique: sed non propter mortem Lazari: sed propter discipulos, qui postea Lazari resurrectionem magis in eo credituri essent; lachrimatur postea propter infidelitatem Iudaorum, qui propter Domini miraculum potius in infidelitate persistendi fuerant, quam ab ea discessuri.

Gaudet propter discipulos. Lachrimatur ꝑpter infidelitatẽ Iudæorum. Tom. 10. serm. de tempore 94.

Ioann. 11. *Qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet.*

Sed quid est illud quod mox addidit. Omnis qui uiuit, & credit in me non morietur in æternũ, an nõ cõtrariũ est mori, & nõ mori?

Contrarium est quidem, contrarietatem tamen needum uerba Augustini euacuant, quæ supra; sed etiam Domini distinctio, quam ponit in sequentibus videlicet, non morietur in æternum: potest igitur alter mortuus corpore: non autem in Charitate in æternum uiuere in statu gloriæ, & hac dubij vera solutio. Responsio. Etiā si mortuus fuerit.s. corpore. Viuit in æternū in statu gloriæ.

Quod etiam alterum potest habere sensum, vt id, quod dicitur etiam si mortuus intelligatur de morte peccati; qui enim per baptismum accedit ad Dominum, i etiamsi per peccata mortalia: nec dum per peccatum infidelitatis sit mortuus, perr gatiam Baptismatis per subsequens peccatum non se motā in æternum viuet.

Qui amat animam suam perdet eam. Ioann. 12. Sed huic sententiæ quasi contrarium videtur (dicit Pater Augustinus) quod ait Apostolus. Nemo vnquam carnem suam odio habet. Cum anima carni opponatur, & prioritate dignitatis, sic corpus antecellat anima sicuti habitator habitaculum, & nemo carnem suam iam odio habeat; multomagis digniorem animam nemo odio habere debet. Tom. x.Hom.27

Augustinus vbi supra sic quæstionem soluit. Responsio.

Qui amat hoc est amore recto ad viam salutis perdet hoc est recto odio odit, quæ dilectionem perversam concomitatur.

soluit. Duplex est Amor rectus alter perversus: sic de odio alterum rectum, alterum peruersum. Qui amat rectè animam suam perdet eam. hoc est illam odit odio recto; & est rectus amor quando homo iniquitatibus non diligit animam: sed diligit in salute; cum enim animam diligit in salute hoc est ad uiam salutis, tunc illam odit odio recto, quod peruersam dilectionem concomitatur.

Ioann. 13.

Quo ego uado uos non potestis uenire. Sententia autem ista nisi de reprobis intelligatur contraria uidebitur ei, quam alias ad patrem pro discipulis orando dicebat. Pater uolo ubi ego sum ibi sit & minister meus; quomodo igitur ad cœlum, quo post suam resurrectionem erat Saluator iturus accederent illi de quibus antea dicebat. Quo ego &cæt.

Responsio.

Diuersitas temporum (& si per prius dictum de bonis, & Christi sequacibus intelligatur) oppositionem de facili tollit. Quo ego uado in die Ascensionis uos in illo die nō potestis uenire: uenietis autem postea, quod Petro expositum uidetur; Ait enim illi Quo ego uado non potes me sequi modo, sequeris autem postea.

Quo ego vado vos &cæ. scilicet modo.

Qui

Qui non diligit me sermones meos non seruat. Ioánn. 14.

Domini igitur sermo erat, qui ex ore Domini emanabat, contrarium ante in eodem cap. eundem dixisse uidetur; & sermo, quẽ audistis non est meus si non suus, quomodo suus, & si suus quomodo non suus?

Quæstio uidetur quidem difficilis: sed faciliter soluitur vbi dictionis illius meos, & non meus significatum consideretur possessiuè igitur, & emanatiuè (ut sic dicam) dictio meus intelligi potest. Si possessiuè benè dicit Dominus. Qui non diligit me &c. Si autem emanatiuè verus est, quem dixerat sermo, uidelicet. Non a filio tanquam a fonte: sed à Patre tanquam a fonte emanabat sermo, & doctrina Domini illis non obstantibus verbis, in quibus dixerat. Omnia, quæ habet Pater habet, & filius omnia sua mea sunt.

Responsio.

Possessiuè sermõ Domini erat Domini.

Emanatiue autẽ tanquam a fonte erat a Patre.

Quem mittet Pater in nomine meo. Ioann. 14.

Attamen de eodem Spiritu sancto ad Apostolos mittendo in die sancto Pentecostes cũ ipsismet Apostolis uerba faciens Dominus dixerat. Si uidelicet abiero mittam eum ad uos. Quid est igitur, quod dixerat.

Quem mittet si ipse missurus erat?

Responsio. *Alia est Patris persona, alia Filij. Res profecto uerissima, ut autem inseparabilia sua, & Patris opera demonstraret; (ut bene notat Pater Augustinus.) Ideo ait cum abiero &c. & alias: Quem mittet Pater, &c. quia sicut à Patre, & Filio procedit Spiritus sanctus, sic ab utroque missum fateri non erit inconueniens.*

Inseparabilia sũt Patris, & Filij opera, & ideo ab vtroque missum Spiritum sanctũ dicit filius. Tomo 6. in lib. contra sermonẽ Arrianorum.

Ioann. 15. *Omnia, quæ audiui à Patre meo nota feci uobis.*

Sed cum uerum sit illud, quod dicitur: qui dicit omne nihil excludere; quid est quod ipse Dominus Apostolis dixerat. Omnia, quæ &c. Cum postea cum eisdem uerba faciens dixerat. Multa habeo uobis dicere: sed non potestis modò; paucis igitur in uerbis contrarium demonstratur.

Responsio. In lib. 1. de Trinitate tom. 3.

Attamen contrarietatem euacuat Pater Augustinus. Dicit enim figuratiuè fuisse loquutum Dominum tunc cum dixerat Omnia, quæ &c. Tempus posuisse pro tempore, præteritum, scilicet pro futuro. omnia, &c. nota feci, hoc est nota faciam, seu figuratiuam loquutionem renuentibus pro solutione dici posset. Multa habeo, & cæt.

Omnia nota feci hoc est nota faciam.

quæ

quæ non potestis modo: ea enim, quæ uobis datum est audire à præceptore uestro nota feci. Omnia enim talia à Patre meo audiui, & uobis manifestaui.

De filio suo, qui factus esse secundum carnem. Rom. 1.

Illud tamen si diligenter consideres, quod de eodem filio Dei ad Corin. 2. cap. 5. dicebat Apostolus contrarium iudicabis. Hoc est dictum. Itaque nos à modo neminem nouimus secundum Carnem cum dictio neminem aliquem excludat, quid est, quod dicit filium secundum carnem factum si filium secundum carnem nouit factum. Ergò aliquem secundum carnem nouerat?

Dictio modo, quæ in ultima ponitur au- Responsio. ctoritate solutionem ponit. Nouerat prius cum cæteris Apostolis, & Christianis ipsum Dominum Apostolus: quia ex homine genitum nempè ex Maria carnem sumpsisse Saluatorem credebat: Resuscitato tamen Domino ipsum secundum carnem non nouerat: hoc est secundum corporis mortalitatem, seu corruptionem. Hoc est, quod alias dixerat. Christus mortuus est, & Resurrexit iam non moritur, &c.

Dominum nouerat Apostolus, qa ipsum in carne mortuum fatebatur.

Mortuo tamen, & resuscitato eũ non nouerat secundum carnem hoc est secũdum carnis mortalitatem.

Roman. 3. *Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus.*

Sic fidei præconia denuncians Apostolus dixerat ad Roman. per alia multa dictum confirmans, ac per illud præcipuè sine fide impossibile est placere Deo. Iacob. autem primo fidem dicit sine operibus otiosam esse.

Responsio. *Sed cum utrisque Dei legem prædicantibus, & docentibus sit credendum contrarietas apparens quomodo sit euacuanda demonstrabimus.*

Sine operibus p̄cedentibus iustificatur homo.

Iustificatur homo per fidem sine operibus. Verum est, quod dicit Apostolus: Verissimum est etiam illud Iacobi, qui dicit. Fides sine operibus &c. Sed dicendum quod a fide non nisi præcedentium operum necessitatē excludit Paulus; & ideò dicit. Arbitramur hominem iustificari per fidem sine operibus. uidelicet præcedentibus: tanquam meritorijs, quia dispositiuè, & præparatoriæ secundum Concil. Trident. de iustificat. Concurrunt septem actus, scilicet Fidei, Timoris, Spei, Dilectionis, propositi suscipiendi sacramentum, propositi nouæ uitæ, & obseruationis mandatorum Dei: fides autem, quam Christianus profitetur sine sequentibus operibus mortua dicitur; & ideo benè

Sine sequentibus operibus otiosa est fides.

dicit

dicit Iaco. Fides sine operibus otiosa est.

Quod autem operor ignoro. Roman. 7.

De peccato loquebatur Apostolus, & tamen peccatum operando ignorare dicebat. Ibidem autem contraria loquutum manifestatur dicit enim Peccatum ut appareat, Peccatum per bonum mihi operatum est mortem; quomodo enim apparet si ignoratur.

Responsio.

Nodum soluit Pater Augustinus unico tamen uerbo uidelicet peccatum apparet, & si etiam ignorare illud ualeat quisquam dum modo: Ly ignoro non peccati notitiam, sed reprobationē respiciet, & ideo exponens illud Apostoli dicit, quod autem operor ignoro, hoc est non approbo.

Tom. 4. in libello, qui expositionis quarundā propositionum exēpla ad Roman. Quod operor ignoro hoc est nō approbo, & idèo si peccatum apparet non est inconueniens.

Scio, quia non habitat in me hoc est in carne mea bonum. Roman. 7.

Sed, qui in corpore suo bonum dicit non habitare, quid est, quod ad Gala. 2. dixerat. Viuo ego iam non ego, uiuet in me Christus. An non bonum est aliquid homini Christum habere? Immo, qui habet Christum nec dum bonum habet: sed infinitum bonum.

Responsio.

De facili huic quaesito respondetur si Apo

stoli

stoli uerba prima pensentur. Habebat ipse Christum per gratiam secum habitantem, & ideò non dixit simpliciter: non habitat in me bonum; sed in me hoc est in carne mea. Sed si Christum habebat an non erat ipse Christus totius Apostoli corporis protector & custos?

Bonū, quod carni esset delectamentū nō in carne sua esse dicebat.

Alia cōtra respōsum instantia.

Erat utique, ergo & in eius carne bonum. Totum conceditur: attamen bonum intelligebat Apostolus in carne sua non esse, quod carni esset delectamentum; Ecce igitur uis solutionis, & responsionis.

Galat. 6.

Alter alterius onera portate, & sic &c. Contrarium tamen si dicat ad Galat. etiam scribens Apostolus uerba manifestant, quæ in eod. cap. recitantur. Verba sunt ista. Vnusquisque proprium onus portabit.

Responsio

Verum præterquam quod uerba omnia ex Apostoli ore prolata, & eiusdem manu conscripta cum ex Spiritus sanctus gratia dicta credantur non nisi ueritatem proferre credendum fuerit. Istud tamen in primis ueritatem sapere fatendum est. Non enim eorum, quæ Paulus prius dixerat memor Apostolus: ut a ueritate aberraret contrarium dixisse credendum est. Vtrumque uerum,

Vnusquisq; onus suum hoc est peccati pœnam luet.

rum, & tamen alterum alteri non contrariatur dictum, & si contrarietatem adinuicem demonstrent. Vnusquisq; onus suum portabit dictum æquiualens ei, quod dicitur & in scriptura legitur. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur, ac illi etiam sententiæ. Filius non portabit iniquitatem patris, quia pater pro peccato per ipsum perpetrato pœnã in inferis peccato debitam luet. Istud est onus quod dicit Apostolus. Alterum tamen pro altero onus portare non prohibetur, non enim ibi pro peccato onus intelligit: sed correctionem pro peccato faciendam contrarietas igitur cessabit ubi diuersa oneris intelligentia consideretur.

Alter alterius hoc est illum cui peccati onus inest charitatiuè corrigat.

Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Philipp. 2.

De Christo Dei filio loquens Apostolus ad Philipp. vt ipsius idem esse cum Deo Patre demonstraret sic dixerat. Monet autem aliquorum mentem id quod ibidem Apostolus dicebat de ipsomet Filio Dei verba faciente, quod contrarietatem prius dicto superponere videtur videlicet semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, qui fieri potest; vt seruus dicatur, qui dominorum

omnium dominus, & Deus iure omnibus demonstratur.

Tomo 4. lib. 83. quæstionum.

Augustinus contrarietatem euacuat. Secundum id, quod Deus est Dei Filius benedicit Apostolus: quod sit filius æqualis Patri: secundum hominis tamen susceptionem formam serui accepit filius secundum quam etiam, dicitur, quod filius minor est Patre.

Secundum id qđ Deus non rapinā &c. secundum hominis susceptionem formam serui accepit.

1. Ioann. 1.

Si dixerimus quia peccatum non habemus nosipsos seducimus, & veritas non est in nobis.

Omnes igitur huius dicti veritate permanēte peccatores sunt, ac eo maxime dicti veritatem fatebimur si consideremus, quod Propheta ante dixerat videlicet. Non est, qui faciat bonum non est vsque ad vnum. Peccat igitur omnis homo etiam ex Deo natus, & tamen contrarietatem sentit idem 1. c. 1. Qui natus est ex Deo non peccat.

Responsio Doctorum in lib. de mendacio ad Consentiam to. quarto.

Intelligentiam ponit Pater Augustinus Qui natus est ex Deo non peccat. Verum est si in sola illa natiuitate permaneat homo, & si sola esset in homine illa natiuitas, & quando sola erit nemo peccabit: sed quia corruptibiles nati sumus (quamuis secundū id quod renati sumus, si bene ambulabimus

Qui natus est ex Deo non peccat. i. si sola natiuitas illa in homine ēsset non pecaat. Sed quia corruptibiles nati sumus ideo dicitur si dixerimus &c.

de dic

de die in diem renouabimur interius.) Ideò dicit, si dixerimus. &c.

Multitudinem in Ecclesia Zizania seminantium, si qui nouerint, quàm plurimos quoque nouerint in sacra Scriptura locos alijs nonnullis apparenter, seù ad literalem sonum contrarios; nihilominus eos tantummo do in hoc opusculo posuimus quorum resolutiones (vt in principio dixeramus ex Augustini operibus recollegimus :-

FINIS.

Imprimatur.

Fab. Prothon. de Bonohomine Vic. Gen. Consentinus.

CONSENTIAE.
Ex Typographia Aloysij Castellani.

Anno Iubilæi. M.DC.


Errorum, quos in opere quis legendo inuenerit adnotatio: primus numerus est index cartarum, secundus facies paginæ, tertius numerum versorum in quo est error, quod si in tertio numero erit M error erit in margine.

			Errores	correctionis
3	2	2	occurrit	occurrit
3	2	9	Mnus	Munus
3	2	13	erar	erat
3	2	16	veram	verum
3	2	20	poutifici	pontifici
3	2	33	Innocentius	Innocentius
4	1	4	si	si
4	1	20	iustitutum	institutum
4	1	29	Detarpetur	Deturpetur
4	1	34	quam	quem
4	2	13	connenienter	conuenienter
4	2	14	Igitar	Igitur
5	1	6	Munuficétissima	Munificétissima
5	1	15	vigilantiissimi	Vigilantissimi
5	1	27	patris	Negligit (as
5	2	6	sed ptiosissimas	sed vt ptiosissim
5	2	9	babet	habet
6	1	17	Mo ntattus	Montaltus
9	1	27	fratrer	frater
10	1	10	stulte	stulte
10	2	21	vuiuerse	vniuerse
11	1	1	7	11
11	1	18	Aspectus	Aspectus
11	1	21	Ruam	Tuam
12	2	26	fitis	sitis
13	2	1	impletum	impletur
14	1	17	Lazarns	Lazarus
14	1	26	uon	non
15	2	20	legisperitum	legisperitum
16	2	5	capite	capitis
19	2	21	per dictorum	pro dictorum
20	1	M	eam etiem	eam etiam
21	1	21	intelligetur	Intelligitur
21	2	21	condennandi	contemnendi
23	1	M	homines	homines
24	1	24	misericordiam	Misericordiam
24	2	15	quod	quod
25	1	M	Auferuuntur	Auferuntur
25	2	25	eumque	cumque.
25	2	M	Reponsio	Responsio
25	2	M	Quis	jlle
26	1	12	curabis	iurabis
26	2	M	terrā;cabellā	terrā q̃ scabellū
31	1	M	secundum	secundum
33	1	M	esponsio	Responsio
34	1	17	quomō igitur	quo igitur

			Errores	Correctiones
34	1	18	Zaccharias contre &	Zaccharias, & Simeon
35	1	19	Ar	At
36	1	M	corruptionē	correctionem
36	1	19	loquutus est. Deus	loquutus, est Deus
36	1	25	in corde:tñ	in corde tamen,
39	2	20	aberrētur	aberrent,
41	2	23	sic igitur	sicut igitur
41	2	23	vestros'.	vestros?
42	1	1	papponeus	propositiones
42	1	25	Deum est.	Deum est ?
43	1	16	impossibilē?	impossibile:
43	1	22	sed huius	sed cum huius
43	2	1	videre Rex	videre. Rex
44	1	24	qne fecisti.	que fecisti?
44	2	M	possis tuto	possis in tuto
49	1	14	patrem Augustinum	Patre Augustino
50	2	24	lumina?	lumina:
51	1	25	odit	odio
52	1	9	videāt hoies	videunt homines
52	1	21	nè	benè
52	2	4	defeusionem	defensionem
52	2	12	eā, offensus	eum: offensus
56	1	m	requitit	requirit
57	1	22	Augustinus huius nodi solutinnē manifestat:	Augustinus, quæ huius nodi solutionē manifestāt
58	2	23	quinque es	quinquies
59	1	9	condigna	condignæ
59	1	22	spirituali	spiritualiter
60	1	1	pecora	peiore
60	2	11	Amouet	Amouent
61	1	m	terras figutionis	trāsfigurationis
62	2	15	inpetus	iubet?
63	2	23	hora	horum
64	2	21	vtraque	vtranque
67	1	16	iudicat urū	iudicatūr
67	1	18	preter quā, quod	præter quā quod
67	2	13	crederet	crederent
68	2	16	postea	post
69	1	12	, i etiam	, etiam
69	1	20	habet	habuit






1-7-2-1

